UNIVERSITY OF TORONTO
3 1761 01543238 8

Baehrens, Emil

Poetae Latini Minores

Vol. II Nos. 1-3

PR
4338
V65
1910
V.2
nos. 1-3
c.1
ROBARTS

LL.C.
B139p.3
Emil Baehrens (ed.)

# POETAE LATINI MINORES

POST AEMILIVM BAEHRENS

ITERVM RECENSVIT

FRIDERICVS VOLLMER

VOL. II FASC. 1

OVIDI HALIEVTICON LIBRI I FRAGMENTVM

GRATTI CYNEGETICON LIBRI I FRAGMENTVM

265376.
15/3/37.

IN AEDIBVS B. G. TEVBNERI LIPSIAE MCMXI

LIPSIAE: TYPIS B. G. TEVBNERI

II FASC. 1

# OVIDI HALIEVTICON

LIBRI I FRAGMENTVM

# GRATTI CYNEGETICON

LIBRI I FRAGMENTVM

# *PRAEFATIO*

*Quae in hoc fasciculo iuncta edimus carmina halieutica et cynegetica, iuncta nobis servata sunt ob res tractatas, non ob pietatem erga magna in litteris nomina. namque apparet mire ordinatam illam carminum seriem, quam nobis tradiderunt reliquiae codicis* A, *Eucheriae dico versus, Ovidi halieuticon quod restabat, epigramma in Maioranum, Gratti cynegetica, aliquando sic compositam esse, quia animalium nominibus et descriptionibus delectatus nescio quis doctus operam dabat eiusmodi carminibus conquirendis. haec collectio non multo postea recepta est in florilegium maius, quod olim complexus est codex* A, *nunc exhibet Thuaneus liber ex eo descriptus inde a folio 24.*[1])

*codicis huius pretiosissimi*[2]) *Vindobonensis lat. 277* A
*hodie non extant nisi duo quaterniones, numerati XVII et XVIII, nunc cum partibus multo recentioribus colligati ita ut sint folia 55—70. his adhaerent etiam tria folia 71—73, quae eiusdem veteris codicis fuerunt sed quaternionis I ut videtur. cum haec tria folia contineant excerpta ex Martiale, in illis leguntur*

*fol. 55$^{R}$ Eucheriae versus (Anth. 390) 21—32*
Incip(it) versus Ovidi de piscib(us) et feris
Accepit mundus legem *eqs.*

*fol. 58$^{R}$ post versum hal. 134 sequitur Anth. 391 sine ullo titulo*

---

*1) Cf. libellum utilissimum: H. Schenkl, Zur Kritik und Überlieferungsgeschichte des Grattius etc. Fleckeisens Jahrb. suppl. XXIV (p. 384—480) 1898 p. 400.*

*2) codex descriptus est apud Hauptium, Ovidii halieutica Gratii et Nemesiani cynegetica, Lipsiae 1838 p. VI—XI; cf. et H. Schenkl l. l. p. 399. Chatelain, paléographie des classiques latins ad pl. 101.*

*fol. 58v* Item incipit Gratti cynegeticon lib. I[1])
Dona cano divom *eqs.*

*fol. 70v* *ultimus paginae versus est Gratti 541.*

*ultima pagina sat detrita est, abscissus est etiam angulus inferior sinister folii, ut certum videatur quaterniones XIX ss., in quibus legebantur Gratti libri II ss., iam vetusto tempore periisse et volumen per aliquod temporis in usu fuisse ita ut p. 70v ultima eius esset pagina.*

*scriptus videtur esse codex saeculo VIII° exeunte vel IX° ineunte: tempus certius definire ea de causa difficile est, quia scriba quasi titubat inter duas consuetudines litteras pingendi, merovingicam scilicet et carolinam. nempe sub oculis habebat exemplar merovingica litteratura exaratum*[2])*, cuius tractus quia interdum non intellegebat, cautus malebat depingere quam litterarum formis recentioribus reddere.*[3]) *quod ita se habere poteris cognoscere et ex tabula illa, in qua Chatelain*[4]) *reddidit lucis ope duas codicis paginas (fol. 55v et 56R i. Ov. hal. 10—52), et ex iis quae H. Schenkl docte et accurate*

1) *primum Gratti librum intellegendum esse primus vidit a. 1870 A. Riese, cf. Anth. lat. I² p. XXXV, 2.*

2) *litteratura igitur idem comprobat quod ex ordine carminum supra divinavimus, extitisse aliquando florilegium ut ita dicam ob amorem rei venatoriae compositum, litteris merovingicis descriptum ex variis qui tum extabant codicibus antiquis, fortasse in usum alicuius tum principis velut Pippini regis. apparet inde errare eos qui freti verbis Plini (32, 152) opinentur Ovidium non amplius quam hos 134 versus halieuticon perfecisse. at nos hoc solum scimus de ea re: florilegum merovingicum non repperisse nisi exemplar Ovidi lacerum, ut luce clarius ostendunt et lacunae variae in versibus servatis et omissum prooemium. nec si aliquatenus integrum codicem repperisset anthologus, titulum ineptum addidisset* Ovidi de piscibus et feris, *cf. Rhein. Mus. 55, 1900, 528.*

3) *clarissime hoc cernitur iis locis ubi prius veterem litterae formam depinxit, deinde novam superscripsit, velut hal. 3* tenerco *(i. a apertam merovingicam) corr. in* tenera; *Gratt. 50* umor *scripserat* or *ligatas ex more merovingico, supra addidit denuo* or *etc.*

4) *l. l. pl. 101.*

*disputavit l. l. p. 414 ss.*[1]) *eidem Schenklio debemus apographon diligentissime factum et typis redditum p. 445—476, quo ut utatur enixe hortor qui editionem meam trutinaturus est.*[2])

*codex autem ut dixi pretiosissimus est, quia adhuc liber a sciolorum interpolationibus perpaucis locis exceptis reddit ea exemplaria antiqua ex quibus collecta sunt haec fragmenta. quod comprobat etiam orthographia, quae nondum exacta est ad canones Alcvini aliorumve magistellorum aevi Carolini, sed plerumque genuinas refert consuetudines si non aevi Augustei at quarti vel quinti saeculi, quo non plane evanuerant formae pulcrae et probae.*[3])

*ad hunc codicem* A *redit quicquid nos de verbis Ovidi in halieuticis et Gratti novimus. errabant enim si qui*

---

*1) tamen moneo commutatarum litterarum exemplis quae collegit Schenklius alia detrahenda alia addenda esse, quia aliquot locis mea quidem opinione verba poetae aliter restituenda sunt ac fecit Schenklius. praeterea in his rebus saepe non tam fortuita litterarum commutatio in ratione ponenda est quam malus scribarum intellectus, quo alia verba accipiebant ac poeta voluerat: hoc in loco peccatur etiam hodie a multis qui codicum fata persequi student.*

*2) non ut Schenklii merita, quae grato animo agnosco, detrectem, sed ne quis me neglegentiae coarguat, addo his locis errores irrepsisse in apographon impressum (ipse codicem contuli): hal. 6 et saepius non legitur* qs *sed* q *cum nota* s *simili: i.* que. *23 legitur* iumittis *(prior* t *merovingica forma). 24* dimotis *(prior* i *ex* e *corr.). 25* In auras. *52 non* irater *sed* iraer. *56* addit. *59* ferotia. *95* mihi (*ut* B). *119* rumin&. *123* sanguis (s *deleta*). *130* ullus (*ligatis* u *et* s) *an* ullis. *133* asellus. *Gratt. 44* candor (do *ex* de *corr.*). *54* siue. *64* trectare. *152* siue. *178* britannis. *266* expertos (o *non correcta) et* primast *(omnes a manu 1). 295* tepida. *387* adq:. *391 fuisse videtur* trimolis. *426* diuint. *450* trepidentia. *514* ⟨e⟩quis (e *add. manus recens*). *535* in. *537 videtur fuisse* auedon.

*3) atque vetustior meliorque videtur fuisse Gratti codex quam* O v i d i. *tamen etiam in hoc bene servatae sunt aspiratae: 50* lymphata. *97* xiphias. *98* thinni. *99* echenair. *103* cantharus. *104* orphas. erithinus *108* channem. *111* chrysophrys. *121* chromis *(semel legitur* triumfo *67), item* y: *praeter nomina iam allata*

Paris. 8071 *putabant alterum scientiae fontem fluere in codice Thuaneo (Paris. lat. 8071) saec. IX—X, qui fol. 58 ss. Halieutica et*

---

*cf. 102* cercyros. *107* synodantes (i *scripta in* thinni *98,* murmires *110) contra spiritus falso additus in his: 96* helops, *97* hensis, *101* pomphile, *male deest in* amus *37. 42. 48*, illa *20,* orrentes *88,* arena *118. male legitur* ae *pro* e *in 19* saepia, *62* praessus, *71* caelsa, *92* uariae, *96* praetiosus; *semper habemus* uu (*non* uo) *in 41* uulnere *(61)*, *70* uulgi, *41* saeuus, *65* ceruus, *130* nocuus. *peccatur in geminatione: 44* cominus. *73* generosso. *legitur* c *pro* g *in 76* sacax, *115* cancer *pro* gonger, *versa vice 48* segat. *extat* u *pro* b *in 85* moderauere, *110* fauer, *130* gouius. *nota etiam 59* ferotia *et 117* stiuo *pro* aestiuo. *haec omnia vitia possunt infuisse in exemplari uncialibus litteris conscripto. accusativi adsunt hi:* rapacis *20,* minacis *45,* sequentis *22, at* omnes *1,* †dulces *122*, ferentes *40,* nitentes *101,* vires *43,* sedes *83. 92. videtur etiam lectio* quoque *pro* quomque *v. 55 antiquam coarguere orthographiam. clarius orthographia poetae aequalis servata est in G r a t t i versibus. reperimus ibi 1* diuom, *75 et 79* uolture, *cum saepe irrepserit nova scriptio: 104 et 250* diuum, *37* contiguum *et passim qualia* uulgus, uulnus, uultus, uulpina. *antiquae formae sunt* quoi *192. 331,* quoius *529; cf. et 155* quosque *pro* quoique, *262* quo⟨m⟩ (*nusquam* cuius *vel* cui), *item antiqui superlativi in* -umus *(82. 96. 133. 283. 383), at exit in* -imus *30. 50. 128. 249. 256. 347. 409. nec non antiquitatem sapiunt formae* rusum *244 (at* rursum *459) et* introsum *431; cf. et* Melite(n)sia *404,* postot *322,* antire *385. saepe videmus prisco more coniunctum* est *cum vocabulo antecedenti: 202* Petroniost, *210* damnost, *224* quast *et similia 266. 312. 336. 346. 372. 382. 394. 412. 478, at scriptum legitur 449* motum est, *472* illa est, *480* tanta est. *antiquos accusativos in* -is *habemus hosce:* artis *1. 8. 23. 151. 190. 217. 498 (at* artes *107. 399. 426. 512)*, partis *11. 494* (*nusquam* partes), finis *429* (*nusquam* -es), hostis *45. 152. 171. 185* (hostes *236*), fontis *440* (fontes *222), at* messes *57,* valles *102,* imbres *149,* orbes *150,* ignes *270. 389,* calles *377,* — inertis *146,* levis *299. 534,* tenuis *475,* quadruplicis *26; at* volucres *202,* pares *263; participia praesentis in* -tis *140. 144. 205. 345. 360, at* sedentes *217; semel etiam nominativus exit in* -is: restis *24. aspiratae recte servatae sunt in his: 38* thybris, *69* thyrinthius, *128* threicii, *312* pharios, *322* triumphos, *375* aether, *502* thessalus, *at legimus 183* ferę, *graeca* y *cernitur in 86* lybyco, *101* amyclae, *129* myrtus, *225 et 245* gyro, *502* mycenae, *523* strymonio, *habemus 196* hyrcano, *at 161* ircano, *item 196* calidonia, *215* hastilides,

*Gratti versus 1—159 exhibet. namque Thuaneus ex* A *descriptus est, id quod primus docuit L. Traube (Berlin. phil. Woch. 1896, 1050) et ipse in pensandis lectionibus denuo expertus sum. ex apparatu igitur tollendae erant varietates Parisini praeter perpaucos eos locos ubi scriba inter describendum lectionem codicis* A *bene correxerat. ceterum post saeculum nonum codex* A *latuisse videtur usque dum Actius Syncerus Sannazarius inter annos 1501—1503 eum invenit et 'ex Heduorum usque finibus atque e Turonibus dona quaedam mirum in modum placitura literatis viris' Neapolin, ubi degebat, advexit. ipse Sannazarius bis carminum recensionem constituere temptavit (apographa eius manu scripta extant in ipso cod. Vind. lat. 277 fol. 74—83 et in Vind. lat. 3261* Sann. *fol. 43—72); fortasse etiam tertium confecit exemplar in usum Aesiandri, unde fluxit editio Aldina*

---

*35* sibullae, *in* h *addenda vel demenda peccatur praeterea: 66* hadonia, *270* hos, *296* chaurino (*cf. 420* hauri), *378* super habitis; *nota* umentes *sim. 17. 50. 51. 145,* harenas *504,* uementius *466*, *at* uehementior *152,* uehementia *161. 292. 472; propter syllabam* ti *vel* ci *nota* conuitia *188,* solacia *400,* sotios (t *corr. in* c) *335;* c *et* g *confusae sunt in his* quadrica *228,* hacnon *250.* claucum *503,* uulgano *sim. 433. 437. 460. ad consonarum geminationem notanda sunt haec: 38* oppaca, *48* tutella *(item 306*, *at* tutela *382. 407. 478. 482. 496. 523), 324* inpossuere, *341* illia, *471* gemmina, *473* illicet, *474* defussa, *475* tenuiss. *514* scrupossa *et versa vice 36* stupea, *126* sagitae, *133* pulcheruma, *164* erat, *171* reperit, *172* solertia, *236* ocultos, *322* serane, *376* taera, *440* atingere. *vocales* i *et* e *locum mutaverant in his verbis: 63* simideos, *408* dulcidine, *83. 86. 204* pinnis, *at 478* sequast; *legimus 139* genistę *at 130* genestae. *saepissime male scriptum est* ae *pro* e: *ut taceam locos ubi* quae *legitur pro* que *vel ubi in declinando male* -ae *pro* -e *datur, habemus menda haec: 9* caecidit (*item 67. 315. 450, nusquam* cec-). *52* praessa, *207* praessantes, *110* excaepit, *213* caelsa *(269). 301* faetae, *307* tuaebere, *315* achaemaenio, *336* caedent, *372* praecanti, *376* taera, *384* laetale *(409); 477 pro* inertis *scriptum est* maestis. *singula adnoto haec: 261* reuellet *pro* refellit *et 459* defuit *pro* defugit. *uno loco aperte interpolavit librarius: i. 484 pro* nemorale *ausus est scribere* nemora alta.

*a. 1534.*[1]) *codex Ambrosianus S 81 sup. saec. XVI fol. 222 ss. apographon esse videtur codicis Thuanei, in quo ex nescio quo fonte receptae sunt aliquot lectiones meliores Sannazariani codicis. Aldinam editionem raro correctam, saepius corruptam repetunt Augustana Steyneri a. 1534, si verus est anni numerus, Lugdunensis Gryphii a. 1537; melius Pithoeus in libro 'Epigrammata et poematia vetera' Parisiis 1590 verba poetarum constituit, quo in officio adhibuit cum fructu codicem Thuaneum. reliquae editiones non dignae sunt quae hic enumerentur, 'vetus Germanica'*[2]) *a Barthio saepe advocata etiam fabula esse videtur.*[3])

*ad interpretanda carmina haud pauca utilia congessit C. Barth (Hanoviae 1613). multo plus autem praestitum est in editione nitidissima Iani Vlitii: Venatio Nov-antiqua, h. e. Autores rei venaticae antiqui . . . cum commentariis ex officina Elzevir 1645.*[4]) *admirabili sane diligentia et scientia collegit et plerumque recto iudicio usus est Vlitius quaecquae ex antiquis auctoribus de re venatoria sciri poterant. quae priores adnotaverant collecta sunt in duabus editionibus: 'Poetae latini rei venaticae scriptores et Bucolici antiqui . . . .' Lugd. Bat. et Hagae Comitum 1728 et in 'Poetae latini minores . . . curante P. Burmanno' Leidae 1731 tom. I. neque inutiles sunt quas Chr. Wernsdorf addidit notae in poetis*

*1) de his apographis et editionibus relego lecturos ad diligentem et copiosum tractatum Schenklii p. 388—399.*

*2) nemo credet quae Barthius ipse fabulatur quasi exstiterit 'editio langobardicis litteris excussa, Lipsiae, ut arbitror'.*

*3) impudenter adulteratum est, ut hoc addam, fragmentum Halieuticorum a Sertorio Quadrimano Hieronymo Columnae datum (repetitum ab Hauptio in editione p. 58 ss.). prooemium ille Ovidio supposuit quod plane abhorret ab hoc carminum genere, et, ut dicam quod sentio, hausit sua ex codice Ambrosiano vel cognato, namque ex ea carminis parte quae deest in Ambrosiano (v. 50—91) nullum in suum opus recepit versum.*

*4) partim repetita est haec editio a. 1653 nec tamen mutata nisi prima pagina et dedicatio: 'curae secundae' Vlitii additae sunt a. 1655.*

*latinis minoribus (vol. I Altenburgi 1780, repetitum a N. E. Lemaire Parisiis 1824). digna quae etiam hodie inspiciatur est editio commentariis aucta Reinholdi Stern, Halis 1832. primus solidum arti criticae fundamentum struxit M. Haupt in libello eleganti 'Ovidi halieutica Gratii et Nemesiani cynegetica' Lipsiae 1838. meliore codicis* A *collatione ab Isidoro Hilberg facta uti potuit E. Baehrens, qui Grattium edidit in Poetarum latinorum minorum volumine I edito a. 1879, abstinuit manum ab halieuticis. utrumque carmen exhibuit Postgate in corpore poetarum latinorum (vol. I p. 588 halieutica 1894.* [2]*1905; vol. III p. 1 Grattius 1900) re critica non multum provecta. pessimus ut totum opus est libellus 'Poeti latini minori . . . da Gaetano Curcio, volume I' Acireale 1902; haeres utrum inscitiam an indiligentiam auctoris vituperes magis. cum in editionibus Ovidi volgaribus, ut Riesii Güthlingi, halieutica non ita bene tractata sint, optime de carmine diu neglecto meritus est Th. Birt libello 'De halieuticis Ovidio poetae falso adscriptis' Berolini 1878, quamquam auctor finem suom non tetigit et saepe verba poetae licentissime corrupit. summis autem laudibus dignus est libellus Heinrici Schenkl (v. p. 3 not. 1), cuius diligentiae et assiduitati etiam haec mea editio plurima debet, imprimis notitiam apographorum Sannazarii et editionum priorum. de singulis Gratti locis egit, partim optime, L. Radermacher, Rhein. Mus. 52, 1897, 627 ss. et 60, 1905, p. 246 ss., ipse aliquot locos tractavi in Musée Belge 2, 1898, p. 1—8 et in Rhein. Mus. 55, 1900, 528—530.*

*restat ut gratias agam Ludovico Radermacher et Francisco Skutsch amicis, qui roganti id praestiterunt ut folia fasciculi iam typis reddita perlegerent et quae corrigenda aut addenda invenissent benigne adnotarent.*

*dabam Monaci a. d. VI kal. Oct. a. 1910.*

*FR. VOLLMER.*

**A**: *codex Vindobonensis lat. 277 saec. IX*

*ex* **A** *descriptus est Parisinus lat. 8071 saec. IX*

**Sann.**: *emendationes factae a Giacomo Sannazaro in apographis quae extant in cod. Vind. lat. 277 fol. 74—83 et in cod. Vind. lat. 3261 fol. 43—72*

**Ald.**: *editio Aldina a. 1534 curata a Georgio de Logau*

# OVIDI ⟨HALIEVTICON LIB. I⟩

. . . . . . . . . . . . . . . . . . . .
accepit mundus: legem dedit arma per omnes
admonuitque sui. vitulus sic manca minatur,
qui nondum gerit in tenera iam cornua fronte,
sic dammae fugiunt, [et] pugnant virtute leones
et morsu canis et caudae sic scorpius ictu
concussisque levis pennis sic evolat ales.
omnibus ignotae mortis timor, omnibus hostem
praesidiumque datum sentire et noscere teli
vimque modumque sui. sic et scarus arte sub undis
si n . . . . . . . . . . . . . . . .

---

9 *Plin. nat. 32, 11* mihi videntur mira et quae Ovidius prodidit piscium ingenia in eo volumine quod Halieuticon inscribitur: scarum inclusum nassis non fronte erumpere nec infestis viminibus caput inserere, sed aversum caudae ictibus crebris laxare fores atque ita retrorsum erepere; quem luctatum eius si forte alius scarus extrinsecus videat, apprehensa mordicus cauda adiuvare nisus erumpentis. *cf. Oppian. hal. 4, 47—64 Plutarch. de sollertia animalium p. 977*[C] *(VI p. 59 Bern.), Aelian. de anim. 1, 4*

---

Ovidii Halieuticon *cod. Ambros. S 81 sup. ex Plin. nat. 32, 11;* Versus Ovidi de piscibus et feris *A* *ante* 1 *prooemium deesse vidit Wernsdorf; sententiam fuisse opinor: post pacalia Saturni tempora Iovis imperium* accepit mundus; *solebant iungere* Accepit mundus legem 2 manca *Vollmer,* manuq; *A,* namque *Sann. vulgo; cf. Ov. am. 3, 13, 15* 3 nondum *Sann.,* nundum *A* tenerco *corr. in* -ra *A* 4 dammae *Sann.,* dammate *A* et *A, del. Sann.* 5 morsu *Sann.,* morou *A* scorpius *Sann.,* seurpius *A* 6 Concussisque *Sann.,* Cum cursisq; *A* pinnis *A* ales *Sann.,* alis *A* 7 ignotae *Sann.,* sic nocte *A* 8 sentire *Sann.,* sitire (n *supra* t) *A* 10 Sin *nihil amplius in versu A* *desiderantur verba qualia* si n⟨assae in fraudem pellectus ventris ab ira⟩

decidit adsumptamque dolo tandem pavet escam,
non audet radiis obnixa occurrere fronte:
aversus crebro vimen sub verbere caudae
laxans subsequitur tutumque evadit in aequor.
quin etiam si forte aliquis, dum praenatat, arto
mitis luctantem scarus hunc in vimine vidit,
aversi caudam morsu tenet atque ita ⟨vellit⟩
†Vberrer uato quem texit q: resultet.
sepia tarda fugae tenui cum forte sub unda
deprensa est (iam iamque manus timet hilla rapacis),
inficiens aequor nigrum vomit illa c⟨ruorem⟩
avertitque vias oculos frustrata sequentis.
clausus rete lupus quamvis inmitis et acer
dimotis cauda submissus sidit harenis
. . . . . . . . . . . . . . . . in auras
emicat atque dolos saltu deludit inultus.

---

**19** ss. *cf. Plin. nat. 9, 84. 11, 8. Plut. de soll. an. p. 978A. Oppian. hal. 3, 156 ss. Aelian. de animal. 1, 34* **23** ss. *Plin. nat. 32, 11* (Ovidius prodidit) lupum rete circumdatum harenas arare cauda atque ita condi, dum transeat rete. *cf. Plut. de soll. an. p. 977F. Oppian. hal. 3, 121 ss.*

---

**11** adsumptamque *Sann.*, -taque *A*, assutamque *Vlitius* escam *Ald.*, escan *A* **12** obcurrere fronte *Paris. 8701*, occurref eronte *A* **13** uimen *Paris. 8701*, uimens *A* sub *A*, sed *A. Statius* cauda *Paris. 8701*, caud& *A* **14** equor *Paris. 8701*, equore *A* **15** aliquis *A*, alius *Birt ex Plinio* dum praenatat arto (extra *Pithou*) *Heinsius*, dampro natareto *A* **16** Mitis *A*, Intus *Riese* **17** ita *Paris. 8701*, lita *A* vellit *addidi Vollmer, vel* tractat **18** *sic A* *temptari* Libera ut e nassa quae texit praeda resultet **19** Saepia *A* **20** hilla *Birt*, illa *A* rapacis *Sann.*, rap&is *A* cruorem *Sann.*, c *nil amplius A* **23** inmittis *sic A* **24** Demotis *corr. in* Dim- *A* summissus *Sann.*, submisus *A*, *vix probandum* subnisus sidit *Pantagathus*, red& *A* arenis In auras *sic 24 et 25 uno versu A* **25** ⟨atque ubi iam transire plagas persentit,⟩ in auras *explet Vlitius* **26** atque atque *A* saltu *A*, astu *Birt* deludit *Sann.*, dil- *A*

et muraena ferox teretis sibi conscia tergi
ad laxata magis conixa foramina retis
tandem per multos evadit lubrica flexus
exemploque nocet: cunctis iter invenit una.
at contra scopulis crinali corpore segnis
polypus haeret et hac eludit retia fraude:
et sub lege loci sumit mutatque colorem
semper ei similis quem contegit. atque ubi praedam
pendentem saetis avidus rapit, hic quoque fallit,
elato calamo cum demum emersus in auras
bracchia dissolvit populatumque expuit hamum.
at mugil cauda pendentem everberat escam
excussamque legit. lupus acri concitus ira

---

**27** *Plin. nat. 32, 12* (Ovidius prodidit) muraenam maculas appetere ipsas consciam teretis ac lubrici tergi, tum multiplici flexu laxare donec evadat. *cf. Oppian. hal. 3, 117 ss. Aelian. de anim. 1, 33* **31** *cf. Oppian. hal. 2, 233 s. 297 s. Plutarch. de soll. anim. p. 978*$^{D}$ *cum locis Pindari (hymn. frg. 43 Schroeder) et Theognidis (frg. 215 Crusius), Lucian. dial. mar. 4, 3, Plin. nat. 9, 87* **34** ss. *Plin. nat. 32, 12* (Ovidius prodidit) polypum hamos appetere bracchiisque complecti non morsu, nec prius dimittere quam escam circumroserit aut harundine levatum extra aquam *(male relatum)* **38** *Plin. nat. 32, 12 (ex Ovidio)* scit et mugil esse in esca hamum insidiasque non ignorat, aviditas tamen tanta est ut cauda verberando excutiat cibum. *cf. Plutarch. de soll. anim. p. 977*$^{A}$ *Oppian. hal. 3, 520 ss.* **39** *Plin. nat. 32, 13 (ex Ovidio)* minus in providendo lupus sollertiae habet, sed magnum robur in renitendo (*sic Vollmer,* penitendo *trad.*). nam si haesit in hamo, tumultuoso discursu laxat volnera, donec excidant insidiae. *cf. Plutarch. de soll. anim. p. 977*$^{B}$*, Oppian. hal. 3, 128 ss.*

---

**27** Et *A,* At *Birt* murena *Sann.*, more *A* teretis *Sann.*, &r&i *A* tergi *Sann.*, teri *A* **28** conixa *Haupt sprevit,* connextat *A,* conuexa *Haupt* foramina *Sann.*, formi *A* **30** que *Sann.*, qui *A* iter invenit *Bersmann,* Interuienit *A* **31** scopulis *Sann.*, scupolis *A* **32** hac *Sann.*, haec *A* **33** Et s. l. l. sumit mutatque *A,* Ut s. l. l. sumat mutetque *Hemsterhuis* **34** praedam *Sann.*, p̄dar& *A* **37** Brachia *Sann.*, Bracha *A* **39** concitus *Sann.*, conclcitatur *A* ira *A*, aere *Birt; ego malui lacunam agnoscere (cf. v. 23) huius fere sententiae* ⟨cum incautusque avidusque cibi se immisit in hamum⟩

. . . . . . . . . . . . . . . . . . .
discursu fertur vario fluctusque ferentes
prosequitur quassatque caput, dum volnere saevos
laxato cadat hamus et ora patentia linquat.
nec proprias vires nescit muraena nocendi
auxilioque sui morsu nec comminus acri
deficit aut animos ponit captiva minacis
. . . . . . . . . . . . . . . . . . .
anthias in tergo quae non videt utitur armis,
vim spinae novitque suae versoque supinus
corpore lina secat fixumque intercipit hamum.
  cetera quae densas habitant animalia silvas
aut vani quatiunt semper lymphata timores
aut trahit in praeceps non sana ferocia mentis:
ipsa sequi natura monet vel comminus ire.
impiger ecce leo venantum sternere pergit
agmina et adversis infert sua pectora telis
quomque venit fidens magis et sublatior ardet

---

43 *Plin. nat. 32, 13 (ex Ovidio)* muraenae amplius devorant quam hamum, admovent dentibus lineas atque ita erodunt 46 *Plin. nat. 32, 13* anthias (p(h)itias *trad.*) tradit idem *(Ovidius)* infixo hamo invertere se, quoniam sit in dorso cultellata (-to *trad.*) spina eaque lineam praesecare. *cf. Oppian. hal. 3, 333 s., paullo aliter Plutarch. de soll. anim. p. 977*[C]

---

**40** Discursu *Sann.*, Discussu (*prius* Dissu-) *A* **43** merena *A* **44** Auxilioque *A*, -iique *Haupt falso* uersu *corr. in* morsu *A* *post v. 45 versum deesse vidit Birt et supplevit* ⟨Amplius os hamo vorat eroditque ita linum⟩ *apta sententia, malo versu* **46** in *Vollmer*, his *A* videt *Sann.*, uidit *A* **47** novitque *Sann.*, mouet quae *A* suae *Sann.*, sua& *A* **48** lina secat *Sann.*, linas egat *A* **49** Cetera *Sann.*, &c&era *A* silvas *Sann.*, silus *A* **51** trahit *Sann.*, trabit *A* mentis *Sann.*, mestes *A* **52** ire *Sann.*, *quae in A cernuntur imitamenta sunt vocabuli in exemplo ob finem versus distracti, quod scriba videtur accepisse pro* iraer (*non* irater): *interpretandum videtur extitisse in exemplo* IRAE *cum signo* R; *in repetito versu post v. 65 legitur* Irate **55** Quomque *C. Schenkl*, Quoque *A* sublatior *Sann.*, sibilatior *A*

concussitque toros et viribus addidit iram,
prodigit atque suo properat sibi robore letum.
foedus Lucanis provolvitur ursus ab antris,
quid nisi pondus iners stolidaeque ferocia mentis.
actus aper saetis iram denuntiat hirtis:
se ruit oppositi nitens in volnera ferri,
pressus et emisso moritur per viscera telo.
altera pars fidens pedibus dat terga sequenti
ut pavidi lepores, ut fulvo tergore dammae
et capto fugiens cervos sine fine timore.
hic generosus honos et gloria maior equorum,
nam capiunt animis palmam gaudentque triumpho:
seu septem spatiis circo meruere coronam,
nonne vides victor quanto sublimius altum
attollat caput et volgi se venditet aurae?
celsave cum caeso decorantur terga leone,
quam tumidus quantoque venit spectabilis actu
conspissatque solum generoso concita pulsu
ungula sub spoliis graviter redeuntis opimis!
quid laus prima canum? quibus est audacia praeceps
venandique sagax virtus viresque sequendi;
quae nunc elatis rimantur naribus auras,
at nunc demisso quaerunt vestigia rostro

**56** addidit *Sann.*, addit *A* **57** Prodigit (*scil.* vires) *Vollmer*, Prodedit *A*, Procidit *Burmann et vulgo* **58** ursus *Sann.*, orsus *A* **59** stolidaeque *Sann.*, -dique *A* **60** setis *Sann.*, r&is *A* hirtis *Sann.*, ehirtis *vel* ehireis *A* **61** se ruit *Vollmer*, Seruit *A*, Sed ruit *Birt*, Si ruit *Skutsch* **62** emiso *A*, immisso *Heinsius* **64** dammae *Sann.*, demmae *A* **65** ceruus *Sann.*, aceruus *A* *post* **65** *repetitus in A legitur v.* 52 **66** Hic *A*, Hinc *Heinsius* **67** capiunt *A*, cupiunt *Birt* **70** aurae *Sann.*, aurate *A* **71** caeso *Sann.*, cates o *A* leone *Sann.*, leonẽ *A* **73** Conspissatque *Sann.*, Conpiscatque (i *ex* s) *A*, Conquassatque *Haupt* **74** Vngula sub spoliis *Sann.*, Vinculas abspoliis *A* redeuntis *Sann.*, redeunte *A* **75** Quid *Sann.*, Qui *A* **76** sagax *Sann.*, sacax *A* **77** auras *Sann.*, aurara *A*, auram *Haupt volgo* **78** At *Vollmer*, Et *A*

et produnt clamore feram dominumque vocando
increpitant: quem si conlatis effugit armis,
insequitur tumulosque canis camposque per omnis.
  noster in arte labor positus, spes omnis in illa.
nec tamen in medias pelagi te pergere sedes
admoneam vastique maris temptare profundum:
inter utrumque loci melius moderabere linum.
. . . . . . . . . . . . . . . . .
aspera num saxis loca sin<t (nam> talia lentos
deposcunt calamos, at purum retia litus),
num mons horrentes demittat celsior umbras
in mare (nam varie quidam fugiuntque petuntque),
num vada subnatis imo viridentur ab herbis
obiectetque moras et molli serviat algae.
discripsit sedes varie natura profundi
nec cunctos una voluit consistere pisces.
  nam gaudent pelago quales scombrique bovesque,
hippuri celeres et nigro tergore milvi
et pretiosus elops nostris incognitus undis
ac durus xiphias ictu non mitior ensis
et pavidi magno fugientes agmine thynni,

**94** boves *cf. ad v. 102* **96** *Plin. nat. 32, 153* elopem dicit (Ovidius) esse nostris incognitum undis, ex quo apparet falli eos qui eundem acipenserem existimaverint. elopi palmam saporis inter pisces multi dedere

**81** camposque *ex* -isque *corr. A* **84** temptare *Sann.*, temp·l·tare (l *deleta*) *A* **85** loci *Sann.*, coci *A* moderauere *A* linum *Merkel ex met. 13, 923*, finem *A*, funem *Vlitius* *post 85 Hauptius versum deesse statuit* **86** sint nam *Sann.*, sin, *deinde spatium vacuom A* **87** at *(certum, sed imitando a formam vetustiorem male pictum) A* purum *Sann.*, puerum *A* **89** uarie *Paris. 8071*, uariae *A* quidam *A*, quaedam *Birt* *post* **90** *deesse quaedam censebat iam Sann.* **91** Obiectetque (*scil.* imum) *Heinsius*, Oblectetque *A* algae *Sann.*, algate *A* **92** uarie *cod. Ambros. S 81 sup.*, uariae *A* **93** cunctos *corr. in* cu- *A* **95** tergore milui *Sann.*, tergore & mihi *(sic) A* **96** helops *A* **98** thinni *A*

parva echenais (at est, mirum, mora puppibus ingens)
tuque comes ratium tractique per aequora sulci
qui semper spumas sequeris, pompile, nitentes
cercyrosque ferox scopulorum fine moratus,
cantharus ingratus suco, tum concolor illi
orphos caeruleaque rubens erythinus in unda,
insignis sargusque notis, insignis iulis
et super aurata sparulus cervice refulgens
et rutilus phager et fulvi synodontes et ex se
concipiens channe, gemino sibi functa parente,
tum viridis squamis, parvo saxatilis ore
et rarus faber et pictae mormyres et auri

---

**101** pompile *cf. ad v. 108* **102** *Plin. nat. 32, 152* his adiciemus ab Ovidio posita nomina quae apud neminem alium reperiuntur sed fortassis in Ponto nascentia (-ium *Haupt*), ubi id volumen supremis suis temporibus incohavit: bovem *(94),* cercyrum *(102;* perg- *trad.)* in scopulis viventem, orphum *(104;* -im *trad.)* rubentemque erythinum *(104;* acynum *pars codd.),* iulim *(105;* -um *trad.),* pictas mormyras *(110)* aureique coloris chrysophryn *(111;* -phryri *trad.),* praeterea percam *(112;* parum *trad.)*, tragum *(112)* et placentem cauda melanurum *(113;* m labrum *trad.)*, lepores *(126;* epodas *vel* -ras *trad.)* lati generis **108** *Plin. nat. 32, 153* praeter haec insignia piscium tradit (Ovidius): channen (canem *pars codd.*) ex se ipsa concipere, pompilum *(101;* -ium *trad.)* qui semper comitetur navium cursus, chromin *(121;* -ium *pars codd.)* qui nidificet in aquis *(hic error subest Plini)*

---

**99** echenais *Sann.*, echena ir *A* at est *Haupt,* adest *A* **100** comes *Sann.*, comis *A* ratiom *corr. in* -ium *A* **101** pomphile *A* **102** moratus *Sann.*, -ar' (*i.* -atur) *A* **104** Orphos *Sann.*, Orphas *A* caeroleaque *A* erithinus (e *ex* l *correcta*) *A* **105** que *Sann.*, qui *A* iulis *Birt,* ·l·alis *A* **107** p(h)ager *Sann.*, harcer *A* synodontes *Sann.*, synodantes *A* et ex se *sic A* **108** channe *Sann.*, channem *A* functa (*sed* gemini vice functa parentis) *Haupt*, fundata *A* parente *scriptum quasi* ria sente *in A* **109** saxatilis] *i.* turdus *cf. Birt p. 108s.* **110** rarus faber *Sann.*, raru fauer *A* pictae *Sann.*, pi&ate *A* mormyres *Sann.,* murmires *A*

chrysophrys imitata decus, tum corporis umbrae
liventis rapidique lupi percaeque tragique,
quin laude insignis caudae melanurus et ardens
auratis muraena notis merulaeque virentes
immitisque suae gonger per volnera genti
et captus duro nociturus scorpios ictu
ac nunquam aestivo conspectus sidere glaucus.
  at contra herbosa pisces laetantur harena
ut scarus, epastas solus qui ruminat escas,
fecundumque genus maenae lamirosque smarisque
atque immunda chromis, merito vilissima salpa
atque avium phycis nidos imitata sub undis
et squa⟨mas⟩ tenui suffusus sanguine mullus,
fulgentes soleae candore et concolor i⟨llis⟩
passer et Hadriaco mirandus litore rhombus.
tum lepores lati, tum molles tergore ranae
extremi pareuc

. . . . . . . . . . . . . . .

. . . . . . . . . . . . . . .

---

**112** Liuentis *Sann.*, -tes *A* percaeque *Sann.* per cateq; *A* **113** caudae *Sann.*, caudate *A* **114** murena *Sann.*, munera *A* merulaeque *Sann.*, merolateq: *A* **115** imitis *A* conger *Sann.*, cancer *A* genti *Vollmer*, gentes (-es *ex* -ei *corr.*) *A*, gentis *Sann.*; *cf. Aristot. animal. p.* 591A, 18 **116** captus *Chacon*, capitis *A* duro *A*, diro *Birt* nociturus *Sann.*, noxiturus *A* scorpios *Sann.*, scorpio *A* ictu *corr. ex* i&tu (*vel potius ex* ictu *quod scriptum erat ligatis* c *et* t) *A* **117** aestivo *Sann.*, stiuo *A* **118** laetantur *Vlitius*, laxantur *A*, luxantur *Haupt* **119** scarus *Sann.*, carus *A* ruminat *Sann.*, rumin& (*sic*) *A* **120** menae *Sann.*, menate *A* **121** immunda *Sann.*, Inunda *A* **122** phycis *Vlitius*, dulces *A* sub *ex* suu *corr. A* **123** squamas *Chacon* (*cf. Plin. nat.* 9, 66), squa (*nil amplius*) *A*, squalus et *Sann.*, squatus et *Vlitius*, squatina et *Birt* sanguisne (s *deleta*) *A* mullus *Sann.*, mulas *A* **124** soleae *Sann.*, soleate *ex* -ace *corr. A* concolor illis (illi *Sann.*) *Haupt*, concolori *A* **125** rumbus *ex* -pus *corr. A* **126** Tum *Sann.*, Tunc *A* lati *Sann.*, l&i *A* ranae *Sann.*, rante *A* **127** *post* pareuc *nulla in versu littera A* **128. 129** *vacui relicti in A*

lubricus et spina nocuos non gobius ulli
et nigrum niveo portans in corpore virus
lolligo durique sues sinuosaque caris
et tam deformi non dignus nomine asellus
tuque peregrinis acipenser nobilis undis . . . . . . . . . .

*reliqua perierunt.*

---

**130** gouius *A* ulli *Vollmer*, ullus (*sic an* ullis?) *A, quod pro* ulla *male legerunt inde a Paris. 8071 usque ad Schenklium,* ulta *Birt* *post* **131** *in A cernitur versus vacuos* **132** sinuosaque *Sann.*, sin(i)uoraque (i *erasa*) *A* **133** asellus *(sic) A* **134** acipenser *Sann.*, accipiens er *A* *post* **134** *nulla finis vel lacunae indicatio in A, sequitur statim distichon* Cervus aper coluber *eqs Anth. 391, deinde in pagina proxima Grattius*

# GRATTI CYNEGETICON LIB. I

Dona cano divom, laetas venantibus artis,
auspicio, Diana, tuo. prius omnis in armis
spes fuit et nuda silvas virtute movebant
inconsulti homines vitaque erat error in omni.
post alia, propiore, via meliusque profecti
te sociam, Ratio, rebus sumpsere gerendis.
hinc omne auxilium vitae rectusque reluxit
ordo et contiguas didicere ex artibus artis
proserere, hinc demens cecidit violentia retro.
sed primum auspicium deus artibus altaque circa
firmamenta dedit; tum partis quisque secutus
exegere suas tetigitque industria finem.
tu trepidam bello vitam, Diana, ferino,
qua primam quaerebat opem, dignata repertis
protegere auxiliis orbemque hac solvere noxa.
adscivere tuo comites sub nomine divae
gentem: omnes nemorum, umentes de fontibus omnes
Naides, et Latii . . . . . . Faunus . . . . . . . . .
Maenaliusque puer domitrixque Idaea leonum

---

item incipit Gratti cynegeticon lib. I *sic litteris uncialibus A* *inter* **1** *et* **2** *in A legitur hic versus:* ċauspiciodiant uomla&as uenantibus artis **2** armis *i. membris* **3** silvas *i. feras; cf. 80. 494* **4** que *A*, qui *Barth, nec* quom *placet* **8** continguas (n *deleta*) *A* **10** circa *A*, circum *Barth ex Aen. 1, 175* **11** secutus *A*, -ti *Heinsius* **14** dignata *scil.* es **17** Gentem *Radermacher;* Centem *A*, Mentem *Haupt; cf. Prop. 4, 11, 31, Stat. silv. 3, 2, 4* nemorum umentes *scribere voluit A, sed prius* um *omiserat, iam supra* r *adpinxit notam syllabae* um, *quam puncto post* r *relegarit; potest tamen haec tota correctio ex exemplari depicta esse* **18** *nil amplius in versu A, sed inter* latii *et* faunus *spatium trium fere litterarum:* Latii cultor qui Faunus amoeni *Ald non bene, desidero verbum, ita fere:* Faunusque subibat

mater et inculto Silvanus termite gaudens.
his ego praesidibus nostram defendere sortem
contra mille feras et non sine carmine — lusus
carmine et arma dabo et venandi persequar artis.
armorum casses plagiique exordia restes
prima iubent tenui nascentem iungere filo
limbum et quadruplicis tormento adstringere limbos:
illa operum patiens, illa usus linea longi.
tunc ipsum e medio cassem quo nascitur ore
per senos circum usque sinus laqueabis, ut omni
concipiat, tergo si quisquam est plurimus, hostem.
at bis vicenos spatium praetendere passus
rete velim plenisque decem consurgere nodis;
ingrati maiora sinus impendia sument.
optuma Cinyphiae, ne quid cunctere, paludes
lina dabunt, bonus Aeolia de valle Sibyllae
fetus et aprico Tuscorum stuppea campo

---

**23** *Ov. ex Ponto 4, 16, 34* cum . . . aptaque venanti Grattius arma daret

---

**20** inculto (o *ex* u *corr.*) *A* termite *cf. ad v. 132* **21** ego *A*, *sprevi* eo **22** *post* carmine *ex usu prooemiorum sermonem abrumpit tacendo verbum quale* docebo lusus *A*, nisus *Vlitius male* *post v. 23 videntur mihi restituendi v. 61—74* **24** plagii *(sic A) vocabulum recte a* plaga *formatum „Netzwerk“* *armorum exordia prima sunt casses, cassium autem restes* exordia restes *Vollmer*, exordiar estis *A*, *male Ald. et volgo* exordiar astus *post v. 24 (i. falso loco) legitur in A titulus* de retibus conficiendis, *cf. ad 258. 483* **26** limbum *i.* τόνον *Pollux 5, 27 p. 268, 19 Bethe* tormento *dat.: ut fiat funis* **28** e medio *Baehrens*, memedio *A*, in medio *vel* medio *Sann.* quo *A*, qui *Paris. 8071* **29** laqueabis *Sann.*, laque asbis *A* omni *sic A*, omnem *Sann.* tergo *trahe* ἀπὸ κοινοῦ *ad* omni *et* plurimus plurimus *cf. Verg. georg. 3, 52* **31** At *Barth*, Et *(singulariter pictum, sed certum) A*; rete *est* δίκτυον, *non* ἄρκυς *(cassis)*; *idem Barthius et* Ad *proposuit* vicenos *Sann.*, uiceno *A* viceno . . . passu *Heinsius* **34** ti cinyphiae (ti *deletae*) *A* conctere *corr. in* cunct- *A* **35** Aeolia *A* (*cf. 128* Threiciis), Aeoliae *Salmasius* sibullae *A*

messis contiguom sorbens de flumine rorem,
qua cultor Latii per opaca silentia Thybris
labitur inque sinus magno venit ore marinos.
at contra nostris inbellia lina Faliscis
Hispanique alio spectantur Saetabes usu.
vix operata suo sacra ad Bubastia lino
velatur sonipes aestivi turba Canopi:
ipse in materia damnosus candor inerti
ostendit longe fraudem atque exterruit hostis.
at pauper rigui custos Alabandius horti
cannabi⟨n⟩as nutrit silvas, quam commoda nostro
armamenta operi. gravis ⟨est⟩ tutela, sed illis
tu licet Haemonios includas retibus ursos.
tantum ne subeat vitiorum pessimus umor
ante cave: non est umentibus usus in armis,
nulla fides. ergo seu pressa flumina valle
inter opus clausaeque malum fecere paludes
sive improvisus caelo perfuderit imber,
illa vel ad flatus Helices oppande serenae
vel caligineo laxanda reponite fumo.
idcirco et primas linorum tangere messes
ante vetant quam maturis accenderit annum
ignibus et claro Plias se promserit ortu.

---

**39** *versum praeterierat, sed in margine supplevit A* **41** alio *Sann.*, alios *A* sa&tabes *A*; *pro populi nomine adhibuisse videtur Grattius, ut opus non sit coniectura Vossii* Hispanaeque . . . Saetabis **42** vix *iunge cum* velatur, *adeo tenuissimum est linum* **43** sonipes *saliens ad sistri sonos* **44** Ipse *A*, Ipsa *Scaliger* candor (do *ex* de *corr.*) *A* **45** exterruit *A*, exterritat *Sann.*, *at cf.* *85* valuit, *92* clausit **46** adlabandius *(sic) A* **47** cannabinas *Vollmer*, cannabias *A* **48** est *om. A*, *add. Ald.* **50** umor (or *prius ligatas expunxit et* or *superscripsit A* **52** flumina (a *ex* e *corr.*) *A* **53** opus *scil. venandi* clausaeque *Barth*, causaeque *A* **56** reponite *A* *(cf. 377 s. Priap. 48)*, -ito *Ald.* **58** annum *(solita nota) clare A* **59** claro *i. aliquot diebus post ortum heliacum* prompserit *Sann.*, promiserit *A*

imbiberit: tanto respondet longior usus.
  magnum opus et tangi, nisi cura vincitur, impar.
nonne vides veterum quos prodit fabula rerum
semideos — illi aggeribus temptare superbis
†iret †freta matres ausi trectare deorum —
quam magna mercede meo sine munere silvas
impulerint? flet adhuc et porro flebit Adonin
victa Venus ceciditque suis Ancaeus in arvis
(et praedexter erat geminisque securibus ingens).
ipse deus cultorque feri Tirynthius orbis,
quem mare, quem tellus, quem praeceps ianua Ditis
omnia temptantem, qua laus erat obvia, passi,
hinc decus et famae primum impetravit honorem:
. . . . . . . . . . . . . . . . . . .
exige, si qua meis respondet ab artibus, ergo,
gratia, quae vires fallat conlata ferinas.

---

**60** imbiberit *A scil. linum ignes,* -int *Burmann; nolui cum Titio lacunam ante v. 60 indicare* usus *recte Sann.;* usu *A, at* longior *non potest referri ad* linum v. **61—74** *molestissime interrumpunt continuom de armis tractatum; haec artis commendatio debebat sequi v. 23; verum senserat sed male post v. 24 versus collocavit Fr. Jacob* **61** tangi . . . impar *quod attingi non potest* **63** Semideos *Sann.,* simideos *A* **64** Jr& fr&a *sic A,* Aethera tum *Heinsius,* Aethera et ah *Haupt,* Sidera et ad *Vollmer* ausi *Heinsius,* ausit *A* trectare *(sic) A,* tractare *Sann.,* attrectare *Heinsius* **65** mercede *i. damno* **66** flet *Sann.,* fl&a *A* Adonim *Sann.,* hadonia *A* **67** Victa *A,* Icta *Gronov elegantius quam verius* arvis *scil. Sami, cf. Sehenkl p. 425 s.* **68** & *A,* Ut *Barth* praedexter *quasi περιδέξιος* ingens *terribilis* **69** ferit hyrinthius *A* **70** didtis (d *deleta*) *A* **71** obvia *Sann.,* obula *A* passi *A, quod nolui tollere* (passa est *Haupt*), *quia poeta poterat cogitare* di hominesque **72** primum *Sann.,* primus *A* *post* **72** *deesse versum minime unum significavi, namque sententia sic exire debebat: Hercules quidem in ceteris laudem maximam meruit, at in venationibus suis inutiliter vires profudit, ignarus earum artium quas ego docturus sum (neglegit Stymphalidas ab Hercule sagittis interfectas)* **73** respondet *Sann.,* -dit *A* ergo *iunge cum* exige **74** conlata *scil. bello ferino* *post v.* **74** *legitur in A titulus* de pinnatis conficiendis

sunt quibus inmundo decerptae volture plumae
instrumentum operis fuit et non parva facultas.
tantum inter nivei iungantur vellera cygni,
et satis armorum est. haec clara luce coruscant
terribiles species, at volture dirus ab atro
turbat odor silvas meliusque alterna valet res.
sed quam clara tuis et pinguis pluma sub armis,
tam mollis tactu et non sit creberruma nexu,
ne reprensa suis properantem linea pennis
inplicet atque ipso mendosa coarguat usu.
hic magis in cervos valuit metus; ast ubi lentae
interdum Libyco fucantur sandyce pennae
linteaque expositis lucent anconibus arma,
rarum si qua metus eludet belua falsos.
nam fuit et laqueis aliquis curracibus usus:
cervino iussere magis contexere nervo;
fraus teget insidias habitu mentita ferino.
quid qui dentatas iligno robore clausit
venator pedicas, quam dissimulantibus armis
saepe habet inprudens alieni lucra laboris!
o felix, tantis quem primum industria rebus
prodidit auctorem! deus ille an proxuma divos
mens fuit, in caecas aciem quae magna tenebras

---

**92** *Anonym. (Callimach.?) Plut. amat. 14 p. 757^D* ὃς πρῶτος θήρεσσι ⟨δρυὸς συν⟩έπηξε ποδάγρας *(explevit Birt)*

**77** vellera *i. plumae volsae* **78** luce coruscant *Sann.*, luc& oruscant *A* **79** at *Burmann*, ad *A* **80** silvas *cf. ad v. 3* melius *Sann.*, mellus *A* **83** reprensa *i. dum recolligitur* **84** mendosa coarguat *audax nom. c. inf.*; mendosam se arguat *Scaliger* **85** Hic *Ald.*, hinc *A* valuit *cf. ad 45* metus *formido res* **86** lybyco *(prior* y *ex* i *ut vid.) A* fucantur *Sann.*, fugantur *A* sandice *Ald.*, sanoy cae *A* **87** expositis *Paris. 8071*, expsitis *A* **88** Rarum *Sann.*, parum *A* rarum si qua *i. fere nulla* *post* **88** *in A est titulus:* Pedicae **89** curracibus *res ignota:* βρόχον εὔτροχον *intellegit Haupt* **90** magis *i. potius quam alio* **93** *iunge* quam saepe armis (m *corr. ex* in *A* **94** Inpradens *A* alieni *i. inventoris*

egit et ignarum perfudit lumine volgus?
dic age Pierio, fas est, Diana, ministro.
Arcadium stat fama senem, quem Maenalus auctor
et Lacedaemoniae primum vidistis Amyclae
per non adsuetas metantem retia valles
Dercylon — haut illo quisquam se iustior egit,
haut fuit in terris divom observantior alter — —
ergo illum primis nemorum dea finxit in arvis
auctoremque operi digna⟨ta⟩ inscribere magno
iussit adire suas et pandere gentibus artes.
ille etiam valido primus venabula dente
induit et proni moderatus volneris iram
omne moris excepit onus; tum stricta verutis
dentibus et gemina subiere hastilia furca
et quidam totis clauserunt ensibus . . . . .,
ne cessaret iners in volnere massa ferino.
blandimenta vagae fugies novitatis: ibidem

---

**99** ministro *i. poetae* **100** stat fama: *pugnat poeta contra opiniones volgatas* auctor *scil.* '*est metatum esse*' **101** lacedaemoniae (ace *corr. ex* ce) *A* **103** Dercylon *Iovis Arcadii hypostasis, qualis alibi Aristaeus aut Chiron* haud *Sann.*, aut *A* iustior *cf. Vollmer ad Stat. silv. 5, 3, 72* **104** Hau fuit *Baehrens*, Au fuit *A*, Auṭ (t *deleta*) fuit *Paris. 8071* obseruantior *Sann.*, -atior *A* **105** ergo *pandit anacoluthon pro* didicisse a Diana primis *ex* -us *corr. A* primis . . . in arvis *in Arcadia, ubi primum terra colebatur* finxit *i. instituit* **106** dignata *Sann.*, digna *A* inscribere *cf. Ov. met. 15, 128* *post* **107** *titulus in A:* genera iaculorum (i *ex* m *corr.*) *A* **108** etiam *praeter alia inventa* uenabula (a *prior ex* ei *corr.*) *A* dente *πτέρυγι Pollux 5, 21* **109** volneris *i. apri volnerati* **110** moris *κνώδουσιν Ps. Xenoph. 10, 3* onus *apri irruentis* tum *post Dercylon* verutis dentibus *quales in veru usui sunt* **111** gemina *Sann.*, geminas *A* gemina . . . furca *duplicibus κνώδουσιν* subiere *in locum armorum vetustiorum* **112** totis *i. ense non brevioribus acuminibus* clauserunt *Sann.*, -rant *A* *post* ensibus *nihil in A*, orbes *male add. Ald.*, *supple* hastas *(Schenkl) vel* ornos **113** iners *Sann.*, ineris *A* massa *i. ἡ γλῶττα ἡ τοῦ προβολίου nimiae latitudinis* **114** vagae . . . novitatis „*der Mode*“ ibidem *in eadem re*

exiguo nimiove nocent. sed lubricus errat
mos et ab expertis festinant usibus omnes.
quid? Macetum inmensos libeat si dicere contos,
quam longa exigui spicant hastilia dentes!
aut contra ut tenero destrictas cortice virgas
praegravat ingenti pernix Lucania cultro!
omnia tela modi melius finxere salubres,
quocirca et iaculis habilem perpendimus usum:
neu leve volnus eat neu sit brevis impetus illi.
ipsa arcu Lyciaque suos Diana pharetra
armavit comites: ne tela relinquite divae:
magnum opus et volucres quondam fecere sagittae.
  disce agedum et validis dilectum hastilibus omnem.
plurima Threiciis nutritur vallibus Hebri
cornus et umbrosae Veneris per litora myrtus

. . . . . . . . . . . . . . . . .

taxique pinusque Altinatesque genestae
et magis incomptos opera iuturus agrestis
termes. ab Eois descendit virga Sabaeis
mater odorati multum pulcherruma turis:
illa suos usus intractatumque decorem

---

**116** festinant *celeriter recedunt* **117** immensos *Sann.*, -sus *A* dicere *A*, ducere *Baehrens* **120** praegravat *Ald.*, -au& *A* **123** neu leue *A*, ne leve *Sannazar, at cf. 231. 273* **124** suos *A*, suas *Ald. non recte:* comites *sunt omnes venatores* *post* **126** *titulus in A:* Ligna apta iaculis **127** omn *(latet aliqua pars in plicatura) A*, omne *Par. 8071*, omnem *Sann.* **128** Plurima *Sann.*, plurim *A* Threiciis nutritur (-i nutr- *Sann.*) *Radermacher*, threicii inutritur *A; cf. v. 35* **129** Veneris *scil. Cypri* myrtus *nom. plur.* *post* **129** *mihi deesse videtur sententia qualis:* at in Italia proveniunt quae secuntur **131** iuturus *Sudhaus (cf. Colum. 10, 121)*, lutores *A* agrestis *Sann.*, agstis (-st- *ex* rt *corr.*) *A* incomptus superat lotaster, agrestis termes *Stern-Johnson* **132** termes *et hic et v. 20. 138 nomen proprium fruticis videtur esse (inde etiam adi.* termiteus *v. 447)*, *sentis genus vel simile; aptior ad arma rustica, aratra sim., quam ad hastas* descendit *Johnson*, -d& *A* **134** decorem *proceritatem*

(sic nemorum iussere deae) natalibus hausit
arbitriis; at enim multo sunt ficta labore
cetera quae silvis errant hastilia nostris:
nunquam sponte sua procerus ad aera termes
exiit inque ipsa curvantur stirpe genestae.
ergo age luxuriam primo fetusque nocentis
detrahe: frondosas gravat indulgentia silvas.
post ubi proceris generosa stirpibus arbor
se dederit teretisque ferent ad sidera virgae,
stringe notas circum et gemmantis exige versus.
his, si quis vitium nociturus sufficit, umor
ulceribus fluet et venas durabit inertis.
in quinos sublata pedes hastilia plena
caede manu, dum pomiferis avertitur annus
frondibus et tepidos autumnus continet imbres.
  sed cur exiguis tantos in partibus orbes
lustramus? prima illa canum, non ulla per artis
cura prior, sive indomitos vehementior hostis
nudo marte premas seu bellum ex arte ministres.
mille canum patriae ductique ab origine mores

---

**136** ficta *in proceram formam adacta* **137** errant *passim inveniuntur* **139** geniste *A* **140** fetus *ramos* **141** frondosas *proleptice: si indulgeas, frondibus nimiis graventur* **142** generosa *A; cf. ad v. 103;* -am *Wernsdorf* **143** ferent *A; attamen neque intransitivos usus mihi probatur nec credo* se *ex initio versus posse subaudiri; conieci* ferens *ut* teretis . . . virgae *sit genetivos* **144** stringo *i. decide, cf. Verg. georg. 2, 368* notas *A; intellege loca in stirpe ubi rami erumpunt;* nothas *(virgas) amicus Johnsoni* exige *i. tolle* versus *(ultima* s *in A non plane certa) gemmarum et ramorum ordines* **145** vitium *i. vitiosos ramos* **146** durabit *cf. Verg. georg. 1, 91* **148** plenā . . . manu *iam hastae crassitudine manum prendentem complent* avertitur *Vollmer, accipe 'decerpitur';* aduertitur *A* annus *i. fructus (cf. 492 et Thes. l. L. II p. 120, 26); mihi visum est inesse in A* ann', *Schenkelio* ann. ſ, annes *descripsit Paris. 8071* **149** Frondibus *Ald.,* Frontibus *A* continet *i. nondum effundit* *post* **149** *in A inscriptio:* de canibus **151** ulla (ulla *iam Paris. 8071)* per artes *Sann.,* nulla partis *A,* ulla peritis *Vlitius,* ullius artis *Schenkl; cf. Verg. georg. 3, 404*

quoique sua. magna indocilis dat proelia Medus
magnaque diversos extollit gloria Celtas.
arma negant contra martemque odere Geloni,
sed natura sagax: Perses in utroque paratus.
sunt qui Seras alant, genus intractabilis irae:
at contra faciles magnique Lycaones armis.
sed non Hyrcano satis est vehementia gentis
tanta suae: petiere ultro fera semina silvis:
dat venus accessus et blando foedere iungit.
tunc et mansuetis tuto ferus errat adulter
in stabulis ultroque gravem succedere tigrin
ausa canis maiore tulit de sanguine fetum.
sed praeceps virtus: ipsa venabitur aula
ille tibi et pecudum multo cum sanguine crescet.
pasce tamen: quaecunque domi sibi crimina fecit,
excutiet silva magnus pugnator adepta.
at fugit adversos idem quos repperit hostis
Vmber: quanta fides, utinam, et sollertia naris,
tanta foret virtus et tantum vellet in armis!
quid, freta si Morinum dubio refluentia pont⟨o⟩
veneris atque ipsos libeat penetrare Britanno⟨s⟩?
o quanta est merces et quantum inpendia supra,
si non ad speciem mentiturosque decores
(pronis haec una est catulis iactura Britannis),

---

**155** Cuique *Ald.*, quos que *(sic)* *A* sua *A*, sui *Fr. Jacob* **156** diversos *sub diverso sole nutritos, non oriente* **160** armis *i. membris* **161** *malim* Hyrcanae **162** petiere *canes feminae* fera *ex coitu cum tigri mare* **164** mansuetis *Ald.*, mensuetis *A* tuto *non arcent nec depellunt pastores* errat *Ald.*, erat *A* adulter *scil. tigris* **165** succedere *Ald.*, succerdere *A* **171** At *Sann.*, Ad *A* **172** naris *an* nares *legendum in A incertum* **173** vellet *i. arderet* armis (s *dimidiata*) *A* **174** *s. fines laesi* **175** atque *A*, adque *Baehrens* **177** si non . . . at *cf. Thes. l. Lat. II 1006, 18 ss* **178** Pronis *(ut sit principium parentheti) Vollmer (cf. Oppian cyn. 1, 474 γρυόν)*, Pronuis *A*; Pronus es *H. Schenkl*, Protinus *Sann. et vulgo, utrumque extra parenthesin* haec *scil. decoris, formae* britannis (-is *ligatae*) *certum in A*

at magnum cum venit opus promendaque virtus
et vocat extremo praeceps discrimine mavors:
non tunc egregios tantum admirere Mol⟨os⟩s⟨os⟩.
conparat his versuta suas Athamania . . . . . .
Azorusque Pheraeque et clandestinus Acar⟨nan⟩:
sicut Acarnanes subierunt proelia furto,
sic canis illa suos taciturna supervenit hostis.
at clangore citat quos nondum conspicit apros
Aetola quaecunque canis de stirpe: malignum
officium, sive illa metus convicia rupit
seu frustra nimius properat favor. et tamen ill⟨ud⟩
ne vanum totas genus aspernere per artis:
mirum quam celeres et quantum nare merentur,
tum non est victi quoi concessere labori.
idcirco variis miscebo gentibus usum:
quondam inconsultis mater dabit Vmbrica Gallis
sensum agilem, traxere animos de patre Gelonae
Hyrcano et vanae tantum Calydonia linguae
exibit vitium patre emendata Molosso.
scilicet ex omni florem virtute capessunt
et sequitur natura favens. at te leve si qua
tangit opus pavidosque iuvat conpellere dorcas
aut versuta sequi leporis vestigia parvi,

---

**179** At *Barth,* Ad *A* **180** mauors *in fine non iam clare apparet in A* **181** egregios *Sann.,* egregior *(altera* g *ex* d *correcta) A* molossos *(ita scriptum ut ultima syllaba supra versum locum habuerit) hodie laesum in A* **182** conparat *corr. in* comp- *A* his *i. Britannicis* *finis versus periit in A;* fraudes *add. Ald., melius videtur quale* gentes **183** Azorusque *Wernsdorf,* Acirusque *A* clandestinus (c *ex* l *corr.*) *A* **184** Sic ut *Pithoeus,* Sic & *A; cf. Thucydides 3, 107* subierunt *Sann.,* -rant *A* **188** rupit *fecit ut erumpant latratus* **189** illud *Sann.,* -ud *perierunt in A* **193** usum *hypallage* **195** animos (s *corr. ex nescio qua*) *A* Gelonae *Sann.,* gelonde *A* **196** tantum *A,* natum *Stern* **197** exibit *i. exuet; cf. 495. 414* **198** Scilicet *Ald.,* silic& *A* capessunt *Sann.,* capescunt *A* **199** sequitur *quasi cera ab artifice formata* **200** Tangit *Ald.,* tagit *A*

Petroniost haec fama cani, volucresque Sycambros
et pictam macula Vertraham delige †falsa:
ocior adfectu mentis pennaque cucurrit,
sed premit inventas, non inventura latentis
illa feras, quae Petroniis bene gloria constat.
quod si maturo pressantes gaudia lusu
dissimulare feras tacitique accedere possent,
illis omne decus, quod nunc, metagontes, habetis,
constaret: silva sed virtus inrita damnost.
at vestrum non vile genus, non patria. volgo
Sparta suos et Creta suos promittit alumnos:
sed primum celsa lorum cervice ferentem,
Glympice, te silvis egit Boeotius Hagnon,
Hagnon Astylides, Hagnon, quem plurima semper
gratia per nostros unum testabitur usus.
hic trepidas artis et vix novitate sedentes
vidit qua propior peteret via nec sibi turbam
contraxit comitem nec vasa tenentia longe:
unus praesidium atque operi spes magna petito
adsumptus metagon lustrat per nota ferarum
pascua, per fontes, per quas trivere latebras.
primae lucis opus: tum signa vapore ferino
intemerata legens si quast qua fallitur eius

---

**202** cani *Haupt*, cana *A* **203** & *in principio vix cernitur in A* vertraham *sic A; cf Friedländer ad Mart. 14, 200* falsa *A*, flava *vel* fulva *Johnson* **205** inuentura *Ald*, Inuentur *A* **207** gaudia *Sann.*, grudia *A* **209** habetis *Sann.*, haberis *A* **210** *ante* silva *primus distinxit Baehrens* **211** At *Johnson*, ad *A* uestrum *Sann.*, uestram *A: scil. metagontum* **212** Sparta suos *A*, Sparte uos *Baehrens, at cf. ad Stat. silv. 2, 2, 83 et Val. Fl. 2, 168* **214** Glympice: *Γλυμπεῖς χωρίον, ὃ κεῖται περὶ τοὺς ὅρους τῆς Ἀργείας καὶ Λακωνικῆς Polyb. 5, 20; cf. 4, 36* **215** Astylides *Scaliger*, hastilides *A; cf. Ov. met. 12, 308* **216** unum *i unicum, singularem esse* **218** qua *A*, quae *Vollmer; cf. v. 5* peteret *i. duceret ad* uia *Sann.*, uiā *A* turbam *famulorum* **219** vasa *i. retia* **220** atque *Ald.*, adque *A* **222** ferino (f *ex* p *corr.*) *A* **224** fallitur *μετάγων*

turba loci, maiore secat spatia extera gyro;
atque hic egressu iam tum sine fraude reperto
incubuit, spatiis qualis permissa Lechaeis
Thessalium quadriga decus, quam gloria patrum
excitat et primae spes ambitiosa coronae.
sed ne qua ex nimio redeat iactura favore,
lex dicta officiis: neu voce lacesseret hostem
neve levem praedam aut propioris pignora lucri
amplexus primos nequiquam offenderet actus;
iam vero inpensum melior fortuna laborem
cum sequitur iuxtaque domus quaesita ferarum,
et sciat occultos et signis arguat hostes:
aut effecta levi testatur gaudia cauda
aut ipsa infodiens uncis vestigia plantis
mandit humum celsisve adprensat naribus auras.
et tamen, ut ne prima faventem pignora fallant,
circum omnem aspretis medius qua clauditur orbi⟨s⟩
ferre pedem accessusque abitusque notare ferarum
admonet et, si forte loco spes prima fefellit,
rusum opus incubuit spatiis; at, prospera si res,
intacto repetet prima ad vestigia gyro.
ergo ubi plena suo rediit victoria fine,
in partem praedae veniat comes et sua norit
praemia: sic operi iuvet inservisse benigne.

---

**225** turba *plurium vestigiorum* maiore *Sann.*, maiora *A* **226** egressu *ferae e latibulo* **227** spatiis *in ludis Isthmiacis* **228** patrum *Sann.*, patri *A* **230** favore *i. studio; cf v. 240* **231** neu *A*, ne *Gesner* **232** pignora *i. vestigia alius ferae propius latitantis* amplexus *ὑπολαβών* nequiquam *contra venatoris consilium* **233** offenderet *A i. peccaret contra, inutiles redderet;* effunderet *Johnson volgo* **236** & sciat *A*, Ut sciat *Sann* **237** testatur *Ald.*, -tus *A* **240** faventem *i. studiosum; cf v. 230* **241** qua *A*, qui *Baehrens* orbis *Sann.*, orbi *A*, orbem *Baehrens* **243** admonet *scil.* opus loco *A*, loci *Ald.* **244** spatiis *i. denuo in longinquom oportet vestigia persequi* at *Sann.*, ad *A* **245** intacto *a fera non perrupto* repetet *A*, -tit *Baehrens; cf. Culex 105* **247** norit *Sann.*, noris *A* **248** juu&t *A* benigne *A: i. cum studio;* benigno *Ald.*

hoc ingens meritum, haec ultima palma tropae⟨i⟩,
Hagnon magne, tibi divom concessa favore:
ergo semper eris, dum carmina dumque manebunt
silvarum dotes atque arma Diania terris.
hic et semiferam thoum de sanguine prolem
finxit. non alio maior sub pectore virtus,
sive in lora voces seu nudi ad pignera martis.
thoes commissos (clarissima fama) leones
et subiere astu et parvis domuere lacertis:
nam genus exiguom et pudeat, quam informe, fateri,
volpina species: tamen huic exacta voluntas.
at non est alius quem tanta ad munia fetus
exercere velis, aut te tua culpa refellet
inter opus, quom sera cadit prudentia damno.
iunge pares ergo et maiorum pignore signa
feturam prodantque tibi metagonta parentes,
qui †tenuere sua pecus hoc inmane iuventa.
et primum expertos animi, quae gratia primast,
in venerem iungam. tum sortis cura secunda,
ne renuat species aut quem detractet honorem.

---

**249** Hoc *Sann.*, hos *A* meritum *A*, meritum est *Ald.* tropaei *Sann.*, tropae *A* **250** hagnon *Ald.*, hacnon *A* **252** diania *Sann.*, diana *A* **254** sub *Johnson*, sua *A* **255** lora *Ellis*, ora *A*; *cf. v. 213 Lucan. 4, 444* **257** domuere *Ald.*, dum nere *A* *post* **258** *titulus in A:* Canum fętus; *debuit post 262* **259** species *A*, specie *Vlitius* huic *Barth*, huc *A* exacta *i. perfecta* **260** at *A*, ac *Haupt* alius *Sann.*, alio *A* **261** aut *cf. Thes. ling Lat. II p. 1569, 73 ss.* reuell& *A*; refellat *edit. Steyneri* **262. 265. 264. 263** *prius ordinavit, tum ordinem litteris* ABCD *additis correxit A* **262** quom *Gronov*, quo *A* cadit *i. incassum recidit; cf. Thes. III 26, 43 ss.* **263** pares *eiusdem generis; cf. Oppian. ven. 1, 399* **264** prodantque *coni. potentialis* **265** tenuere *A*, genuere *Gesner*: *versum non intellego; conferendus videtur Nemesian. cyn. 115 s.* **266** quae *ex* quas *vel* quar *corr A* **267** iungam *A recte*: iungunt *Sann.*, iungas *Baehrens; at cf. v. 193* sortes *in* -is *corr. A; intellege: sortientis* secunda *Heinsius*, secundae *A*; *vix possis* secunda est **268** aut quem *Baehrens*, atque *A*, aut quae *Ald.*, aut qua *Barth*

sint celsi voltus, sint hirtae frontibus aures,
os magnum et patulis agitatos naribus ignes
spirent, adstricti succingant ilia ventres,
cauda brevis longumque latus discretaque collo
caesaries neu pexa nimis neu frigoris illa
impatiens; validis tum surgat pectus ab armis,
quod magnos capiat motus magnisque supersit.
effuge qui lata pandit vestigia planta:
mollis in officio. siccis ego dura lacertis
crura velim et solidos haec in certamina calces.
sed frustra longus properat labor, abdita si non
altas in latebras unique inclusa marito
femina: nec patres veneris sub tempore magnos
illa neque emeritae servat fastigia laudis.
primi complexus, dulcissuma prima voluptas
(hunc veneri dedit inpatiens natura furorem),
si tenuit custos et mater adultera non est.
da requiem gravidae solitosque remitte labores:
vix oneri super illa suo. tum deinde monebo,
ne matrem indocilis natorum turba fatiget,
percensere notis iamque inde excernere pravos.
signa dabunt ipsi. teneris vix artibus haeret
ille tuos olim non defecturus honores,
iamque illum inpatiens aequae vehementia sortis

---

**269** cęlsi *Sann.*, incaelsi *A* **270** Os *Ald.*, hos *A* **271** spirent *Ald.*, sperent *A* adstricti *Sann.*, -is *A* uentres *Sann.*, uentri *A* **275** magnos *Ald.*, magnus *A* **276** pandit (a *ex* e *corr. ut vid.*) *A* **277** siccis *gracilibus, non adipatis* dura *Sann.*, crura *A* **280** in latebras *Sann.*, inlecebras *A* est *in fine addi voluit Lachmann* **281** patres *Sann.*, patre *A* **282** fastigia *A*, fastidia *Lachmann* **285** custos *A recte;* castus *Ellis,* fastus *Lachmann; intellege: si inclusa non evasit* mater *quae concepit* **287** oneri super *A i. superest*, *sufficit;* oneri par *Heinsius* **289** percensere *Sann.*, parc- *A* prauos *Burmann*, paruos *A* **290** ipsi *Barth*, ipse *A* vix *iunge cum* iamque *292* artibus *sic A*, artubus *Sann.* haeret *i. inest* **291** tuos *Sann.*, tuis *A* **292** aequae *cum fratribus*

extulit: adfectat materna regna sub alvo,
ubera tota tenet, a tergo liber aperto,
dum tepida indulget terris clementia mundi;
verum ubi Caurino perstrinxit frigore vesper,
†ire placet turbaque potens operitur inerti.
illius et manibus vires sit cura futuras
perpensare: leves deducet pondere fratres:
nec me pignoribus, nec te mea carmina fallent.
protinus et cultus alios et debita fetae
blandimenta feres curaque sequere merentem:
illa perinde suos, ut erit, de lacte minores
ad longam praestabit opem. tum denique, fetu
cum desunt, operis fregitque industria matres,
transeat in catulos omnis tutela relictos.
lacte novam pubem facilique tuebere maza,
nec luxus alios avidaeque impendia vitae
noscant: haec magno redit indulgentia damno.
nec mirum: humanos non est magis altera sensus,
tollit ni ratio et vitiis adeuntibus opstat.
haec illast Pharios quae fregit noxia reges,

---

**294** ubera *Pithou*, libera *A* tenet, a tergo ς, ten& eatergo *A*, tenetque a tergo *Baehrens*, tenet iam a tergo *opinor* **295** dum *eqs: interdiu* **297** Ire plac& *A*; Ira iacet *Vlitius*, Irreptat *Radermacher* **298** et *Heinsius*, e *A* **299** leuis *A quod cave pro nom. sing. accipias: melior est qui gravior* deducet *i. detrectabit: noli cogitare de trutina, nam* manibus *(298) pensantur catuli; cf Thes. ling. Lat. V 280, 60 ss.* **300** nec me *sic A recte (similia cf. ad Stat. silv. 1, 4, 77), intellege 'fefellit cura'; solent male edere cum Burmanno* Haec de, *sed v. 307 pergit de catulis docere* pignoribus τεκμηρίοις βεβαίοις *cf Aetna ed. Sudhaus p. 127. 180* **301** protinus *artissime iunge cum* fetae: *statim ut concepit* **302** curaque *Sann.*, curasque *A*, curisque *Baehrens* **303** ut erit *A*, *ut ipsa se habebit* de lacte *Sann.*, delacta *A* **304** fetu *dat.: cum non iam lac catulis dant* **305** operis *Vlitius*, operi *A*: *lactandi scilicet* **307** Lacte *Ald.*, lactem *A* **309** redit *quasi pecunia credita; cf. v. 380* **310** est *depascitur, corrumpit* altera *scil. avida vita* **311** tollit *scil. hanc vitam* ni *Graevius*, se *A*

dum servata cavis potant Mareotica gemmis
nardiferumque metunt Gangen vitiisque ministrant.
sic et Achaemenio cecidisti, Lydia, Cyro:
atqui dives eras ⟨ac⟩ fluminis aurea venis.
scilicet ad summam ne quid restaret habendi,
tu quoque luxuriae fictas dum colligis artes
et sequeris demens alienam, Graecia, culpam,
o quantum et quotiens decoris frustrata paterni!
at qualis nostris, quam simplex mensa Camillis!
qui tibi cultus erat post tot, Serrane, triumphos!
ergo illi ex habitu virtutisque indole priscae
inposuere orbi Romam caput, actaque ab illis
ad caelum virtus summosque tetendit honores.
  scilicet exiguis magna sub imagine rebus
prospicies, quae sit ratio, et quo fine regendae.
idcirco imperium catulis unusque magister
additur: ille dapes poenamque operamque . . . . . .
temperet, hunc spectet silvas domitura iuventus.
nec vile arbitrium est: quoicumque haec regna dicantur,
ille tibi egregia iuvenis de pube legendus,
utrumque et prudens et sumptis impiger armis.
quod nisi et accessus et agendi tempora belli
noverit et socios tutabitur hoste minores,
aut cedent aut illa tamen victoria damnost.
  ergo in opus vigila †factusque ades omnibus armis:

---

**313** servata *vetera vina* **315** ccyro *A* **316** Atqui (i *ex* e *corr.*) *A*, At quam *Barth* ⟨ac⟩ *om. A, add. Baehrens,* et *Sann.; vide tamen an* fluminis *glossa fuerit supra* Pactoli atque (Pactolique *Postgate*) **317** habendi *(sic) A*, -dum *Sann. ad v.* **317** *in marg. adscripsit man. 2 in A litteras* ⊥Od *et* ωOϽ, *quae repetuntur in fol. 72* (COMPOTŨ); *cf. Schenkl p. 399* **318** artes *Sann.*, artẽ *an* arte *dubium in A* **320** frustrata (es) ἀπέτυχες **322** postot serane *A* **323** illi *Ald.*, ille *A*, illo *Sann.* **327** prospicies *Ald.*, prospecies *A* regendae *A scil.* res, -da *Ald.* **329** *in fine nullum lacunae signum in A:* ministrans *add. Ald.*, peraeque *Baehrens*, *melius* moramque *H. Schenkl* **333** prudens (u *ex* o *corr.*) *A* **337** *conieci* vigil affectusque, *ut* in opus *iungatur cum* ades

arma †hacuere vitam tegat imas fascia suras
. . . . is inulina, suis et tergore fulvo
i . . . . . . canaque e maele galeri,
ima Toletano praecingant ilia cultro
terribilemque manu vibrata falarica dextra
det sonitum et curvae rumpant non pervia falces.
  haec tua militia est. quin et Mavortia bello
volnera et errantis per tot divertia morbos
causasque adfectusque canum tua ⟨cura⟩ tuerist.
stat Fatum supra totumque avidissimus Orcus
pascitur et nigris orbem circumsonat alis.
scilicet ad magnum maior ducenda laborem
cura, nec expertos fallet deus: huic quoque nostrae
est aliud, quod praestet opus, placabile numen.
nec longe auxilium, licet alti volneris orae
abstiterint atroque cadant cum sanguine fibrae:
inde rape ex ipso qui volnus fecerit hoste

---

**338** arma hacuere uitã *(primae partim dimidiatae) A;* arma acuere viam (virum *Johnson*) *Ald.*, arma regunt vitam *Baehrens*, arma acuent vires *Burmann; ego* arma *antiquam glossam marginalem fuisse opinor (hodie in A margo habet:* de habitu venatoris) *et desidero sententiam qualis* ensis (*vel* veru) tueatur vitam *cf. Pollux 5, 19 p. 266, 14*  fascia *Ald.*, facia *A*  *versuum* **339** *et* **340** *initia perierunt in A praeter primam v. 340 litteram, quae tamen utrum* j *an* p *fuerit dubitandum* (p *legit Sann.*)  **339** *ante* inulina *potest fuisse* us *vel* is; *exple ex. gr.* ⟨sit pell⟩is inulina *A*, vitulina *Vlitius*  suis *sic A; genetivos non plane abhorret a Gratti arte;* ⟨cum vill⟩is maelina suis *expl. Scaliger* **340** *expl. ex. gr.* i⟨re decet, niteant⟩  **341** *conieci* praecingamque *cf. ad 267*  **343** non *Titius*, noua *A*  *ad rem cf. Ps Xenoph. 2, 9; Pollux 5, 19 p. 266, 15*  *ad* **344** *in A margini additus est titulus* canum remedia  **345** diuertia *sic A, forma proba, cf. laudat. (Turiae) 1, 27. 2, 51 et codd. Cic. epist. 2, 10, 2 Att. 5, 20, 3*  **346** cura *om. sine spatio A, add. Ald.* **347** auidissimus *Sann.*, -mum *A*  **350** huic *Baehrens*, hinc *A* nostrae *scil. curae*  **351** aliud, *non Fatum neque Orcus; de structura cf. v. 5*  praestet opus *i. quasi rudimonium suscipiat successus in medicando; male* opis *Sann.*, opem *Vlitius*  **352** orae *Barth*, ora *A*  **353** atroque *Sann.*, utroque *A*  cadant *Ald.*, candant *A*

virosam eluviem lacerique per ulceris ora
sparge manu, venas dum sucus conprimat acer:
mortis enim patuere viae. tum pura monebo
circum labra sequi tenuique includere filo.
at si pernicies angusto pascitur ore,
contra pande viam fallentisque argue causas
morborum: in vitio facilis med.........
sed tacta inpositis mulcent p.........
(id satis) aut nigrae circum picis unguine signant;
quodsi destricto levis est in volnere noxa,
ipse habet auxilium validae natale salivae.
illa gravis labes et curis altior illis,
cum vitium causae totis egere latentes
corporibus seraque aperitur noxia summa.
inde emissa lues et per contagia morbi
venere in volgum fusaque exercitus ingens
aequali sub labe ruit, nec viribus ullis
aut merito veniast aut spes exire precanti.
quod sive a Stygia letum Proserpina nocte
extulit et Furiis commissam ulciscitur iram,
seu vitium ex alto spiratque vaporibus aether
pestiferis, seu terra suos populatur honores:

**355** ulceris *Ald.*, uiceris *A* **356** sucus acer conprimat *(ordinem corr. man. 2) A* **357** pura monebo *Sann.*, purmo bebo *A* **358** labra *Ald.*, labras *A*: *i. oras volneris deterge ut purae sint* **359** At *Sann.*, ad *A* **360** pande *Ald.*, prande *A* argu& causas *A, sed harum litterarum dimidia inferiora perierunt in eadem fenestra, quae fines versuum 361. 362 absorpsit:* argue *iam Sann. restituit* **361** med⟨icina recenti⟩ *Ald., melius* med⟨icina reperto⟩. *Baehrens* **362** sed *A*, seu *Heinsius* tacta *A*, tactu *Sann., at supple* morbo p⟨ecuaria palmis⟩ *Ald vix recte* **364** uulnere *Sann.*, uulnera *A* **365** ipse *A, i. canis* **366** labes (i *supra* e *add. man 2*) *A* curis *Vlitius*, curas *A*, cura est *Pithou* illis *A*, ullis *Baehrens; at cf. quae praecedunt medicinae* **368** summâ *i. consummatione* **369** morbi *vel* -us *Sann.*, morbis *A*, mortes *Stern* **370** fusaque *Vollmer*, Iusaque *A*, iuxtaque *Sann.* **374** furiis *Johnson*, furtis *A (cf. Verg. georg. 3, 552)* **376** seu terra suos *Sann.*, si litaeras uos *A* honores *i. pecora*

fontem averte mali. trans altas ducere calles
admoneo latumque fuga superabitis amnem.
hoc primum effugium leti: tunc ficta valebunt
auxilia et nostra quidam redit usus ab arte.
sed varii motus nec in omnibus una potestas:
disce vices et quae tutelast proxima tempta.
pluruma per catulos rabies invictaque tardis
praecipitat letale malum: sit tutius ergo
antire auxiliis et primas vincere causas.
namque subit, nodis qua lingua tenacibus haeret,
(vermiculum dixere) mala atque incondita pestis.
ille ubi salsa siti praecepit viscera longe,
aestivos vibrans accensis febribus ignes,
moliturque fugas et sedem spernit amaram.
scilicet hoc motu stimulisque potentibus acti
in furias vertere canes. ergo insita ferro
iam teneris elementa mali causasque recidunt.
nec longa in facto medicinast ulcere: purum
sparge salem et tenui permulce volnus olivo:
ante relata suas quam nox bene conpleat umbras,
ecce aderit factique oblitus volneris ultro
blanditur mensis ceremque efflagitat ore.
quid, priscas artes inventaque simplicis aevi

---

**378** superabitis *Ald.*, super habitis *A* **379** lethi *Sann.*, lati *A*, fati *Baehrens* ficta *i. arte facta* **380** auxilia (a *in fine iterum addita, quia prior exesa erat*) *A* **382** uices *A*, vias *Schrader ex v. 414 non recte* **384** praecipitat *Pithou*, prçcipiat *A* sit tutius *Sann.*, *qui et* securius *coniecit*: sicutius *A*, sic tutius *Ald.* **386** *cf. Plin. nat. 29, 100* **387** adq: (d *inter scribendum ex* t *corr.*) *A* **388** prçcepit *A*, percepit *Gronov* longae *A*, longa *Sann.* **389** vibrans *Scaliger*, uibrant *A* accensis *Pithou*, accensi *A* **390** molitur *scil. vermiculus* fugas *Sann.*, fugans *A* amarã *A*, amatam *Vlitius*: *at cf. v. 388* salsa **391** motu stimulisque *Ald.*, motus trimolis (*om.* que: *et* r *hodie fere tota absorpta*) *A* motu *vermiculi* **392** furias *Ald.*, farias *A* uertere *Sann.*, u&ere *A* **396** quam *Ald.*, quas *A* **399** arteis *Ald.*, arces *A*

si referam? non illa metus solacia falsi
tam longam traxere fidem. collaribus ergo
sunt qui lucifugae cristas inducere maelis
iussere aut sacris conserta monilia conchis
et vivom lapidem et circa Melite⟨n⟩sia nectunt
curalia et magicis adiutas cantibus herbas.
ac sic offectus oculique venena maligni
vicit tutela pax impetrata deorum.
at si deformis lacerum dulcedine corpus
persequitur scabies, longi via pessima leti:
in primo accessu tristis medicina, sed una
pernicies redimenda anima, quae prima sequaci
sparsa malost, ne dira trahant contagia volgus.
quodsi dat spatium clemens et promonet ortu
morbus, disce vias et qua sinit artibus exi.
tunc et odorato medicata bitumina vino
Hipponiasque pices neclectaeque unguen amurcae
miscuit et summam conplectitur ignis in unam.
inde lavant aegros: ast ira coercita morbi
laxatusque rigor. quae te ne cura timentem

**400** illa *A*, ulla *Baehrens* solacia *religionis praecepta: Epicureus loquitur* **401** *i. tam vetusta sunt* **402** cristas *galli cf. Plin. nat. 29, 100; ex maele tota collaria facta* **403** sacris *Veneri, cf. Plin. nat. 32, 5* **404** vivom *pyriten, cf. Plin. nat. 36, 138* **406** offectus *magorum* oculique *Sann.*, -lisque *A* **407** tutela *'i. amuleto' Skutsch* **408** deformis *Ios. Wassius*, deformi *A* dulcedine *Sann.*, -idine *A*; *„Jucken" cf. Chiron p. 20, 6. 139, 14 (Veget. mul. 2, 52. 2, 79, 4) Auson. epigr. 106, 12 p. 351 Peiper, etiam Cic. de leg. 1, 47. Apul. apol. 50* **412** uulgus *Sann.*, uulgi *A; cf. Verg. georg. 3, 469* **413** promonet *A*, praemonet *Titius* **414** exi *cf. ad v. 197* **415** odorato *Sann.*, -ta *A* uino *Johnson*, uiro *A; cf. v. 476 et Veget. mulom. 2, 135, 5* **416** Hippŏniasque *primus agnorit Haupt*, iponiasque *A: 'Ἱππώνιον est Vibo Valentia in via Popilia; de pice Bruttia cf. Thes. l. L II p. 2214, 3* neclectaeque *Haupt*, nec liceat *(falso abiit oculus ad* medicat *in versu priore)* quę *A*, immundaeque *Ald.* ungun *A* **418** ast *A, vix recte;* est *Ald.*, atque *Barth*, stet ut *Scaliger; an* sic? **419** ne cura timentem *Sann.*, nec urat in mentem *A*

differat, et pluvias et Cauri frigora vitent;
duc magis, ut nudis incumbunt vallibus aestus,
a vento clarique faces ad solis, ut omne
exsudent vitium subeatque latentibus ultro
quae facta est medicina vadis. nec non tamen illum
spumosi catulos mergentem litoris aestu
respicit et facilis Paean adiuvit in artes.
o rerum prudens quantam experientia volgo
materiem largita boni, si vincere curent
desidiam et gratos agitando prendere finis!
est in Trinacria specus ingens rupe cavique
introsum reditus, circum atrae moenia silvae
alta premunt ruptique ambustis faucibus amnes;
Volcano condicta domus. quam supter eunti
stagna sedent venis oleoque madentia vivo.
huc defecta mala vidi pecuaria tabe
saepe trahi victosque malo graviore magistros.
'te primum, Volcane, loci, pacemque precamur,
incola sancte, tuam: da fessis ultima rebus
auxilia et, meriti si nulla est noxia tanti,
tot miserare animas liceatque attingere fontis,
sancte, tuos' ter quisque vocant, ter pinguia libant
tura foco, struitur ramis felicibus ara.

---

**420** et chauri *Sann.*, & hauri *vel* ec hauri *A* **421** Duc *Schenkl*, sic *A*, Stent *Postgate* ut *i. simulac* **422** a *A*: a vento *est in partem montis a vento tutam cf. Verg. georg.* 3, *302* faces *Sann.*, facies *A* **424** vadis *pro intestinis accipit Radermacher (cf. Chiron mul. p 64, 5 et 64, 25 s.), ego intellego 'ex aquis reconditis', quas opponit poeta mari aperto, de quo iam locuturus est* illum *A*; *an* illic? *potius* ullum **426** facilis *(nom.) iunge cum* in artes paean adiuuit *Sann.*, paeana diuint *A* artes *A*, arte *Baehrens* **428** materiam *corr. in* -em *A* **430** *cf Aelian de animal. 11, 3 Solin. 5, 23 s.* specus *Ald.*, spectus *A* **431** circom *corr. in* -um *A* atrae moenia *Ald.*, atremonia *A* **433** supter *Sann.*, super *A* **437** loci *iunge cum* incola **438** fessis *Sann.*, fissis *A* **439** meriti *Sann.*, meritis *A* **440** miserare *A*, -rere *Ald.* **441** uocant ter *Sann.*, uocanter *A* **442** fuco *corr. in* foco *A*

hic (dictu mirum atque alias ignobile monstrum)
adversis specibus ruptoque e pectore montis
venit ovans Austris et multo flumine flammae
emicat ipse: manu ramum pallente sacerdos
termiteum quatiens 'procul hinc extorribus ire
edico praesente deo, praesentibus aris,
quis scelus aut manibus sumptum aut in pectore motum est'
inclamat: cecidere animi et trepidantia membra.
o quisquis misero fas umquam in supplice fregit,
quis pretio fratrum meliorisque ausus amici
sollicitare caput patriosve lacessere divos,
illum agat infandae comes huc audacia culpae:
discet commissa quantum deus ultor in ira
pone sequens valeat. sed cui bona pectore mens est
obsequitur⟨que⟩ deo, deus illam molliter aram
lambit et ipse, suos ubi contigit ignis honores,
defugit a sacris rursumque reconditur antro:
huic fas auxilium et Volcania tangere dona.
nec mora, si medias exedit noxia fibras,
his lave praesidiis adfectaque corpora mulce:
regnantem excuties morbum. deus auctor, et ipsa
artem aluit natura suam. quae robore pestis
acrior aut leto propior via? sed tamen illi

---

**443** dictu *Ald.*, dictum *A* *parentheton indicavi* ignobile *non notum* **446** ipse *i. Volcanus; male sententiam ante* ipse *inciderunt priores praeter Burmannum* **447** termiteum *Sann.*, termite ut *A; cf. ad v. 132* **450** trepidantia *Ald.*, -entia *A* **452** quis *A*, qui *Ald.; at videtur in hoc usu pro* quisquis *(cf. Mon. Germ. auct. antiq. XIV p. 438) forma* quis *proba esse* **455** ultor *Ald.*, ulor *A* **456** pectore *Sann.*, -ra *A* **457** obsequiturque *Sann.*, que *om. A* aram *Sann.*, arum *A* **458** contigit ignis *Ald.*, contig& ignes *A* honores *Sann.*, ores *A* **459** Defugit *Sann.*, defuit *A* ac (c *deleta*) *A* **463** excuties *Barth*, -iens *A* **464** Artem *Ald.*, arem *A* robore *morbo*, *cf. Chiron 315. Veget. mulom. 2, 88* **465** laeto *Sann.*, lic& o *A*

hic venit auxilium valida vementius ira.
quod primam si fallet opem dimissa facultas,
at tu praecipitem qua spes est proxima labem
adgredere: in subito subita et medicina tumultu.
stringendae nares et †na ligamina ferro
armorum, geminaque cruor ducendus ab aure:
hinc vitium, hinc illa est avidae vehementia pesti.
ilicet auxiliis fessum solabere corpus
subsiduasque fraces defusaque Massica prisco
sparge cado: Liber tenuis e pectore curas
exigit, et morbo Liber medicina furenti.
quid dicam tussis, quid inertis damna veterni
aut incurvatae siquast tutela podagrae?
mille tenent pestes curaque potentia maior.
mitte age (non opibus tanta est fiducia nostris),
mitte, anime: ex alto ducendum numen Olympo,
supplicibus⟨que⟩ vocanda sacris tutela deorum.
idcirco aeriis molimur compita lucis
spicatasque faces sacrum ad nemorale Dianae
sistimus et solito catuli velantur honore,

**466** hic *A*, Hinc *Ald.* **468** At tu *Sann.*, ad tu *A*, actu *Baehrens* **469** subita et *Sann.*, *qui et* subitast *coniecit:* subitas & *A* **470** stringendae . . . ferro *leviter volnerandae* &na *A*, et bina *Haupt; requiro quale rigida vel lassa* ligamina . . . armorum *musculi* **471** ab aure *cf. Cynosophion 6 (Aelian. ed. Hercher II p. 589, 25)* ἀφαίρει . . . αἷμα τῶν ὤτων, *Chiron mul. 16 (Veget. mul. 1, 25, 2)* **473** Illicet *Sann.*, illic et *A* solabere *Ald.*, so labore *A* **475** tenuis e *Sann.*, tenuisse *A* **476** Exigit *Barth*, exig& *A* et *A*, est *Ald.* **477** inertis *Sann.*, maestis *A*, moesti *Ald.* ueterni *Sann.*, -nis *A* **478** incuruatae *ed. Gryph. 1537*, incuratae *A* si quast *Sann.*, sequast *A* **479** potentia *scil. pestium* **481** animae *A* **482** que vocanda *Sann.*, uocanda (*sine* que) *A*, vocitanda *L. Müller*, revocanda *Postgate* *ante* **483** *adscriptum est margini in A* de equis *falso loco, recte ante* **497** *repetivit manus recens* **484** spicatas *i. multifidas, in formam spicarum discissas* nemorale *Turnebus*, nemora alta *A* **485** *cf. Stat. silv. 3, 1, 57 ss.*

ipsaque per flores medio in discrimine luci
stravere arma sacris et pace vacantia festa.
tum cadus et viridi fumantia liba feretro
praeveniunt teneraque extrudens cornua fronte
haedus et ad ramos etiamnum haerentia poma,
lustralis de more sacri, quo tota iuventus
lustraturque deae proque anno reddit honorem.
ergo inpetrato respondet multa favore
ad partis, qua poscis opem; seu vincere silvas
seu tibi fatorum labes exire minasque
cura prior, tua magna fides tutelaque virgo.
  restat equos finire notis, quos arma Dianae
admittant: non omne meas genus audet in artis.
est vitium ex animo, sunt quos inbellia fallant
corpora, praeveniens quondam est incommoda virtus.
consule, Penei qualis perfunditur amne
Thessalus aut patriae quem conspexere Mycenae
glaucum: nempe ingens, nempe ardua fundet in auras
crura. quis Eleas potior lustravit harenas?
ne tamen hoc attingat opus: iactantior illi
virtus quam silvas durumque lacessere martem.
nec saevos miratur equos terrena Syene

---

**487** stravere *scil. venatores iam sacrificantes* vacantia *arma per sacra et pacem festam non sunt in usu* **488** feretro *Sann.*, fr&ro *A* **489** praeveniunt *i. lustrandi causa sacrificantur* **492** anno *v. ad v. 148* reddit honorem *Sann.*, redd& honore *A* **493** respondet *Sann.*, -it *A; de suo promittit, subaudi* dea *ex 492* multa *ego accipio pro* mulcta *i. lenita; cf.* permuiti *Gell. 1, 11, 2;* demultus *3, 13, 5* **494** seu uincere *Ald.*, seuincere *A* silvas *cf. ad v. 3* **495** exire *cf. ad v. 197* **496** virgo *scil.* est; *solebant pro vocativo accipere; ego cum Vlitio ante* seu vincere *gravius distinxi* **499** quos *A*, quorum *Baehrens; at hoc genus equorum satis quidem habet animorum, non sufficiunt corporum vires cum aliquid audent* **500** praeveniens *i. nimis fervida* quondam *in tertio aliquo genere* **502** mycaenae (a *deleta*) *A* **503** Glaucum *Sann.*, claucum *A; cf. Verg. georg. 3, 82* **507** nec saevos *i. et non saevos; cf. ad Stat. silv. 1, 1, 20* terrena *i. plana, sine montibus* syenae *A*, Sidene *Burmann*, Cyrene *Wesseling*

scilicet, et Parthis inter sua mollia rura
mansit honor; veniat Caudini saxa Taburni
Garganumve trucem aut Ligurinas desuper Alpes:
ante opus excussis cadet unguibus. et tamen illi
est animus fingetque meas se iussus in artes:
sed iuxta vitium posuit deus. at tibi contra
Callaecis lustratur ⟨e⟩quis scruposa Pyr⟨ene⟩,
non tamen Hispano martem temptare m....
ausim: ⟨in⟩ muricibus vix ora tenacia ferr⟨o⟩
concedunt. at tota levi Nasam⟨onia virga⟩
fingit equos: ipsis Numidae solver⟨e....
audax et patiens operum g..........
centum actus spatiis atque eluctabitur iram.
nec magni cultus: sterilis quodcumque remisit
terra sui tenuesque satis producere rivi.
sic et Strymonio facilis tutela Bisaltae:
possent Aetnaeas utinam se ferre per arces,
qui ludus Siculis. quid tum, si turpia colla
aut tenuis dorso curvatur spina? per illos
cantatus Graiis Acragas victaeque fragosum

---

**508** scilicet *iunge cum* terrena  *ad* Parthis *glossa marginalis adscripta erat in A, nunc periit: cf. Veget. mulom. 1, 56, 37* **509** veniat *scil. talis equos*  saxa (s *ex alia corr.*) *A* **511** opus *venandi perfectum* **514** *vide ne metiendum sit* Callăicis  quis *in* equis *corr. manus recens in A* **514—9** *fines in A abscissi*  pyrene *explevit Ald.* **515** m⟨inacem⟩ *Ald.*, m⟨inistro⟩ *H. Schenkl*, m⟨aligno⟩ *Birt* **516** muricibus *Sann.*, mur cibus *A*; ⟨in⟩ *add. Vollmer*  tenacia *i. pertinacia*  ferr⟨o⟩ *Sann.* **517** at *Vlitius*, aut *A*, ast *H. Schenkl*  *finem explevit Vlitius: cf. Lucan. 4, 683* **518** *adde ut* lupata *vel* capistra, *ut absoluta sit sententia* **519** g⟨enus. ille vigebit⟩ *Ald.*, g⟨enus. hic equus acer⟩ *Birt: ego opinor a* g *incipere nomen novi equorum generis, secutum esse verbum quale* vigebit **520** eluctabitur *i. luctando absumet* **521** remisit *ex se procrearit* **522** sui *i. herbarum non ab hominibus cultarum*  satis (*sic*) *A*, sitis *Ald.*: *scil.* satis (*sunt*) *ad producendos (i. alendos) equos* **525** quid tum *scil. obstat* **527** cantatus *scil.* est  Graiis *Ald.*, gratis *A*; *Pindaro scilicet*

Nebroden liquere ferae: o quantus in armis
illa meis quoius dociles pecuaria coetus
sufficient, quis Chaonios contendere contra
ausit, vix merita quos signat Achaia palma.
spadices vix Pellaei valuere Cerauni;
at tibi devotae magnum pecuaria Cyrrhae,
Phoebe, decus meruere, levis seu iungere currus
usus, seu nostras agere in sacraria tensas.
venanti melius pugnat color: optima nigr . . .
. . ra illi badiosque leg . nt et a . . . . . . .
. . . rum fessas imitantur †terda favillas.
. . . . . tum Italiae (sic di voluere) parentes
. . . . . . . et terras omni praecepimus usu
. . . . . . . . . conlustrat prata . . mati . . .
. . . . . . . . . . . . . . .

---

**529** Illa *Vollmer*, ille *A; de hyperbato cf. v. 73. 172 Lucr. 6, 176. Hor. serm. 2, 1, 60 alia multa: sententia: quam validus erit in venatione qui equos sibi ex pecuariis Siculis comparabit* coetus *A*, foetus *Ald.* **530** quis *abl. i. Siculis* Chaonios *Heinsius*, chaonia *A*; -am *Schenkl*, -as *Ald.* **531** quos *(sic) A*, quas *Ald. edd.* **532** valuere *scil. in venatione* **533** At *Vollmer*, & *A* **535** in *clare in A legitur supra versum a manu 1 insertum: circumloquitur venationem* **536** melius pugnat *A*, melius signat *Baehrens; servato* pugnat *legerunt* mellis *Graevius*, vineus *Burmann*, maelis *Birt*, medius *Schenkl; ego intellego: melius est etiam colorem pro venatore pugnare* nigri *Ald.* **537–541** *principia abscissa in A, etiam fines male leguntur, partim evanuerunt* **537** ⟨cru⟩ra *Vlitius*, ⟨o⟩ra *Birt;* ⟨cu⟩ra *Vollmer, ut* illi *sit dativus* leg⟨u⟩nt *Ald., melius puto* leg⟨a⟩nt & auedon *videtur legi in A* **538** ⟨et quo⟩rum *Ald. bene* terda fauillas *non iam clare in A apparent;* terga favillas *Ald.* **539** ⟨o quan⟩tum *Vlitius* parentes *equae, ut videtur* **540** ⟨praestant⟩ et *Vlitius* praeeepimus *Ald.*, -cip- *A* **541** ⟨nostraque quam pernix⟩ *Vlitius et post* prata *add.* ⟨iuventus⟩; *ultimae* mati *in A non iam clarae laudaverat Grattius cum cura equos Italicos in v. 541 exit pagina et quaternio XVIII in A, reliqua perierunt*

# INDICES[1])

*numeri nude positi Gratti versus, 'hal.' Ovidi significant.*
* *lemmata emendata.*

## NOMINA PROPRIA PRAETER CANVM EQVORVMVE

Acar⟨nan⟩ *183,* -anes *184*
Achaemenio ... Cyro *315*
Achaia *531*
Acragas *527*
*Adonin *66*
Adr- *v.* Hadr-
*Aegyptus v.* Pharius
Aeolia de valle Sibyllae *35*
Aetnaeas ... arces *524*
Alabandius *46*
Ligurinas ... Alpes *510*
Altinatesque genestae *130*
Lacedaemoniae ... Amyclae *101*
Ancaeus *Samius 67*
Arcadium *Dercylon 100*
*Aricia 484*
Hagnon Astylides (hastil- *cod.*) *215*
Athamania *182*
Austris *445*
*Azorus *183*

Boeotius Hagnon *214*
Britannos *175*
sacra ... Bubastia *42*

nostris ... Camillis *321*
aestivi ... Canopi *43*
Caudini ... Taburni *509*
Caurino ... frigore *296*
Cauri frigora *420*
Pellaei ... Cerauni *532*
Cererem *appellative 398*
Cinyphiae ... paludes *34*
Creta *212*
*Cumae v.* Aeolius
*Cybele v.* Idaeus
*Cyprus v.* Venus
Achaemenio ... Cyro *315*
Cyrrhae *533*

Dercylon *retium inventorem 103*
Dĭanae *gen. 484. 497,* Dīana *nom. 124; voc. 2. 13. 99; cf.* virgo *496,* nemorum dea *105,* divae *125*
arma Dĭania *252*
ianua Ditis *70*

Eleas ... harenas *Olympiae 504*
Eois ... Sabinis *132*

nostris ... Faliscis *de poetae patria vel fundo 40*
Fatum *347; cf. 495*
Faunus *18*
*Furiis *374; cf. 392*

nardiferum ... Gangen *314*
Garganus *510*

1 *plenum vocabulorum indicem v. apud Hauptium p. 106—126.*

Graecia *319*
Graiis *527*

Hadriaco . . . litore *hal. 125*
Haemonios . . . ursos *49*
Boetius Hagnon, Hagnon Astylides, Hagnon *metagontum Glympicorum primus nutritor 215;* -on magne *250*
Hebri *128*
flatus Helices . . . serenae *arctoi 55*
*Hercules v.* Tirynthius
Hippŏniasque pices *416*
Hispani . . . Saetabes *41*
Hyrcano *161*

Idaea . . . mater *19*
*India v.* Ganges
*Isthmici ludi v.* Lechaeus
Italiae *539*

Lacedaemoniae . . . Amyclae *101*
Latii *gen. 18. 38*
spatiis . . . Lechaeis *ludorum Isthmiacorum 227*
Liber *475. 476*
Libyco . . . sandyce *86*
Ligurinas . . . Alpes *510*
pernix Lucania *120*
Lucanis . . . ursus ab antris *hal. 58*
Lycia . . . pharetra *124*
Lydia *terra 315*

Macetum . . . contos *sarissas 117*
Maenalus *mons 100*
Maenalius . . . puer *Pan 19*
Mareotica *vina 313*
*Mars: semper i. q. venatio:* Martis *255,* -em *157. 506. 515,* -te *153; cf.* Mavors
Massica *vina 474*
Mavors *180; cf.* Mars
Mavortia bello volnera *344 in venatione*
Melite(n)sia . . . curalia *404*
freta . . . Morinum *174*
*Musae v.* Pierius
Mycenae *502*

Naides *18*
tota . . . Nasamonia *517*
Nebroden *Siciliae montem 528*
Numidae *518*

*Olympia v.* Eleus
Olympo *481*
avidissimus Orcus *347*

*Pactolus v. 316*
Paean *426*
*Pan v.* Maenalius
Pellaei . . . Cerauni *532*
Penei . . . amne *501*
*Persis v.* Cyrus
Pharios . . . reges *312*
Pherae *183*
Phoebĕ *534*
Pierio . . . ministro *poetae 99*
*Pindarus v.* Graius
Plias *59*
Proserpina *373*
scruposa Pyr⟨ene⟩ *514*

Ratio *6. 311*
Romam *324*

Eois . . . Sabaeis *132*
Hispani . . . Saetabĕs *populus 41*
Serranĕ *322*
Aeolia de valle Sibyllae *Cumanae 35*
*Sicilia v.* Trinacria
Silvanus *20*
Sparta *212*
Strymonio . . . Bisaltae *523*

Stygia . . . nocte *373*
terrena Syene *507*

Caudini . . . Taburni *509*
Threicii⟨s⟩ . . . vallibus Hebri *128*
Thybris *38*
Tirynthius *Hercules 69*
Toletano . . . cultro *341*
in Trinacria . . . rupe *430*
Tuscorum *36*

Venus *67;* -ris per litora *Cypri 129. appellative:* -us *163,* -ris *281,* -ri *284,* -rem *267*
Vesper *296*
Volcania . . . dona *460*
Volcano *433,* -ĕ *437.*

## CANES, EQVI, FERAE, PISCES, HERBAE, INSTRVMENTA, MORBI, VERBA IN ARTE VENATORIA TECHNICA

abitūs *ferarum 242*
accessūs *ferarum 242. 334*
actu *equi hal. 72,* -ūs *canis 233*
affectūs *canum i. morbos 346; cf.* affecta . . . corpora *462*
ales *hal. 6*
algae *dat. hal. 91*
materna . . . sub alvo *293*
unguen amurcae *416*
anconibus *87*
annus *i. q. annona 148,* pro . . . anno *492*
aper *hal. 60,* apros *186*
apprensat naribus auras *239*
arcu *124*
arma *hal. 1. Gr. 23. 87. 338. 487,* -orum *Gr. 24. 78,* -is *hal. 46. Gr. 51. 81. 93. 333. 337. i. q. venatio:* arma *157.* -a Diania *252,* -a Dianae *497,* armis *hal. 80, Gr. 173. 528*
armamenta *48*
*armi:* armis *2. 160. 274.* -orum *471*
*artus:* artibus *290*
aspretis *241*
astringere limbos *26,* astricti . . . ventres *271*
audet in artes *498*
aulā *i. villa 167*
aure *canis 471,* aures *269*
badios *537*
*bellum i. q. venatio:* -o . . . ferino *13,* -um ex arte ministres *153.* -i *334.* -o *344.*
belua *88*
bitumina *415*
blanditur *canis 398*

caesaries *canis 273*
calamo *piscatorio hal. 36,* -os *hal. 87*
calles *377*
calces *canum 278*
canis *hal. 5. 81. Gr. 166. 185. 187.* cani *202,* canes *392,* canum *hal. 75. Gr. 151. 154. 346*
*canum genera*:
Acarnan *183*
Aetola . . . de stirpe *187*
*Athamanius 182*
**Azorius 183*
catulis . . . Britannis *178; cf. 175*
Calydonia *196*
Celtas *156*
*Creticus 212*
Gallis *194*
Geloni *157,* -ae *195*
Glympicĕ *214*
Hyrcano *161;* patre . . . -o *196*

*canum genera:*
Lycaones *160*
Medus *155*
metagontes *209*, -ta *264*, -ton *221*
Molossos *181*, patre ... -o *197*
*Morinus 174*
Perses *158*
Petrŏnio *202*, -iis *206*
*Pheraeus 183*
Serăs *159*
*Spartanus 212*
Sycambros *202*
thoes *256; cf. 253*
Vertraham *203*
Vmber *172*, mater ... Vmbrica *194*
cannabi⟨n⟩as ... silvas *47*
casses *24*, -em *28*
catuli *plur. 485.* -is *178. 328.* -os *306. 383. 425*
cauda *canis 272*, -ae *(scorpionis) hal. 5, (piscium) hal. 13. 113*, -am *(scari) hal. 17*, -ā *(piscium) hal. 24. 38 (canis) Gr. 237*
cervino ... nervo *90*
cervus *hal. 65*, -ōs *Gr. 85*
citat ... apros ... canis *186*
clamore *canis hal. 79*
clangore *canis 186*
*claudo:* robore -sit venator pedicas *92.* -erunt ensibus ⟨hastas⟩ *112.* aspretis ... -itur orbis *241.* -sus rete lupus *piscis hal. 23.* c⟨l⟩ausae ... paludes *reti Gr. 53*
collaribus ... maelis *in cane 401*
collo *canis 272*, -a *equorum 525*
commissos ... leones *canibus 256*
compellere dorcas *200*
complexus *coitus canum 283*
sacris *Veneri* ... conchis *403*
ex se concipiens channe *hal. 108. cassis* concipiat ... hostem *Gr. 30*
conlatis ... armis *hal. 80.* gratia *artis venandi* ... conlata *feris Gr. 74*
contagia *369. 412*
Macetum ... contos *117*
cornua *hal. 3 Gr. 489*
cornus *129*
crinali corpore *polypi hal. 31*
cristas *gallorum 402*
crura *canum 278*, -a *equorum 504*
cultro *hastae 120;* Toletano ... -o *341*
Melite(n)sia ... curalia *405*
laqueis ... curracibus *89*
custos *canum 285*
vellera ... cygni *77*

dammae *hal. 3. 64*
dente *108.* -ibus *111*, -es *118 ter de hastis*
dentatas ... pedicas *92*
discursu *piscis capti hal. 40*
domus ... ferarum *235*
dorso *equi 526*
pavidos ... dorcăs *200*
dulcedine (-id- *cod.*) *prurigine 408; cf. nota*

egressu *ferae 226*
eludit *retia piscis vel fera hal. 32 Gr. 88*
virosam eluviem *ferae 355*
in auras emicat *piscis hal. 26*
ensibus *hastarum 112*
ne leve volnus eat *123*
equorum *hal. 66.* -os *Gr. 497 507. 518*, -is *514*
*equorum genera:*
Bisaltae *523*
Callaicis *514*

*equorum genera:*
Chaonios *530*
*Cyrrhaeus 533*
Hispano *515*
*Nasamonius 517*
*Numidicus 518*
Parthis *508*
*Pellaeus 532*
Siculis *525*
Thessalus *502; cf.* Thessalium . . . decus *228*
esca *hal. 11,* -am *38,* -as *119*

falarica *342*
curvae . . . falces *343*
fascia *338*
favor *189,* -re *230 utrubique de alacritate canum, cf.* faventem *240*
feram *'Wild' hal. 79,* -ae *plur. Gr. 528,* -arum *221. 235. 242,* -as *22. 206. 208*
bello . . . ferino *13,* vires . . . -as *74,* habitu . . . -o *91,* volnere . . . -o *113,* vapore . . . -o *223*
fetae *301*
feturam *264*
fetus *i. linum 36. i. q. canis 260.* -um *166,* fetu *dat. i. catulis 304,* -ūs *acc. fruticis 140, equos 529*
fibrae *canis,* -as *461*
filo *25. 358*
*formidines descriptae 75 ss.; cf.* metus
fraces *474*
fratres *canes 299*
frontibus *canis 269*
furcā *hastae 111*

galeri *340*
Altinatesque genestae *130,* genistae *139*
gyro *canis 225. 245*

haedus *490*
hamus *ad piscandum hal. 42,* -um *37. 48*
harenā *hal. 118,* Eleas . . . -as *Gr. 504,* -is *hal. 24*
hastilia *111. 118. 137. 147,* -ibus *127*
hilla *sepiae hal. 20*
hirtae . . . aures *canis 269*
*hostis i. fera:* -em *30. 231.* -e *335. 354.* -es *45. 152. 171. 185. 236*

iaculis *122*
ictu *scorpionis vel piscis hal. 5. 97. 116*
ilia *canis 271*
iligno robore *92*
†inulina *339*
ira *animalium *297.* irae *159.* iram *hal. 56. 60. Gr. 109. 520.* irā *hal. 39*

labes *canum morbus 366,* -em *468,* -e *371,* -ēs *acc. plur. 495*
lacertis *canum 257. 277*
voce lacesseret hostem *231.* -ere Martem *506*
vivom lapidem *pyriten 404*
cassem . . . laqueabis *29*
laqueis . . . curracibus *89*
latebras *ferarum 222*
latus *canis 272*
leo *hal. 53,* -e *hal. 71,* -es *hal. 4 Gr. 256,* -um *Gr. 19*
leporis *201,* -es *hal. 64*
ligamina . . . armorum *musculi 471*
limbum *et* -os *τόνος 26*
linea *restis 27. 83*
lingua *canis 386,* -ae *196*
lintea . . . arma *87*
*linum *linea piscatoria hal. 85,* lina *hal. 48. linum herba:* -o *Gr. 42.* -a *35. 40.* -orum . . . messes *57*

lorum *habena canis 213*, in ⟨l⟩ora voces *canem 255*
lues *369*

macula *in cane 203*
maelis *402*, -le *340*
magister *canum 328*, -ros *436*
marito *cani 280*
mazā *307*
metus *i. q. formido(res) 85*, -ūs . . . falsos *88*
militia *ars venandi 344*
minores *i. catuli 303*
monilia *canum 403*
mŏris *κνώδουσιν 110*
morsu *canis vel piscis hal. 5. 17. 44*
muricibus *516*
myrtūs *nom. plur. 129*

nardiferum . . . Gangen *314*
*naris: canis:* naris *gen. 172*, nare *191*, -es *470*, -ibus *hal. 77. Gr. 239. 270*
*nassa *hal. 18, cf. 10*
cervino . . . nervo *90*
nodis *retis (i. maculis) 32;* -is . . . tenacibus linguae *canis 386*
*nota:* notis in *pisce hal. 105. 114;* notas *gemmas in arbore Gr. 144; generaliter* -is *289. 477*

offectūs *406*
officium *canis 188*, -io *277*, -iis *231*
oleo . . . vivo *434*
tenui . . . olivo *395*
opem *canis 304*, *equi 494*
operam *canis 329*
opus *i. venatio 179. 200. 223. 244*, operis *76*, operi *48. 106 220. 248*, opus *53. 126. 337. 505. 511.* operum *27. 519;* operis *lactandi 305*

volneris ora⟨e⟩ *352*
os (oris) *canis 270*, ore *398*, *equi* ora *516*, *piscis* ore *hal. 109*, ora *hal. 42*, *cassis* ore *Gr. 28*

pares *canes 263*
parentes *canis 264*, -te *piscis hal. 108*
parvos *i. catulos 289*
ferarum pascua *222*
bis vicenos . . . passus *31*
patre *cane 195. 197.* patrum *equi 228*
patria *211*, canum patriae *154; cf.* patriae . . . Mycenae *de equo 502*
pectus *canis 274*, -ore *254*, -ora *leonis hal. 54*
pecuaria *de equis 529. 533, canum 435. cf. 362*
pecus *canem 265*
dentatas . . . pedicas *93*
ferre pedem *canem 242*
pennā *204*, -ae *86*, -is *83. hal. 6*
Lycia . . . pharetra *124*
pinūs *plur. 130*
pisces *hal. 118, acc. 93*
*piscium nomina in halieuticis:*
acipenser *134*
anthiăs *46*
asellus *133*
boves *94*
cantharus *103*
caris *132*
cercyros *102*
channe *108*
chromis *121*
chrysophrўs *111*
echenais *99*
elops *96*
erythinus *104*
faber *110*
glaucus *117*

*piscium nomina in halieuticis:*
gobius *130*
*gonger *115*
hippuri *95*
*iulis *105*
lămiros *120*
*lepores *126*
lolligo *132*
lupus *23. 38,* lupi *112*
maenae *120*
melanurus *113*
merulae *114*
milvi *95*
mormȳres *110*
mugil *38*
mullus *123*
muraena *27. 43. 114*
orphos *104*
passer *125*
percae *112*
*phager *107*
*phycis *122*
pōlypŭs *32*
pompīlĕ *101*
ranae *126*
rhombus *125*
salpa *121*
sargus *105*
scarus *9. 16. 119*
scombri *94*
scorpius *116*
sepia *19*
smaris *120*
soleae *124*
sparulus *106*
sues *132*
synodontes *107*
thynni *98*
tragi *112*
umbrae *111*
xiphiās *97*
picis unguine *363*, Hippŏnias ...pices *416*
plagii *24*
planta *canis 276*, -is *238*
pluma *cygni volturisque 81*, -ae *75*
podagrae *478*
poma *490*
proelia *canis 155*
provolvitur ursus ab antris *hal. 58*
novam pubem *canum 307*
pugnator *canis 170*
pugnant...leones *hal. 4*
*pyrites: v.* lapis

quadriga *228*

rabies *canum 383*
radiis *viminis hal. 12*
restes *24*
rete *acc. 32*, retis *hal. 28*, retĕ *abl. hal. 23*, retia *hal. 23. 87. Gr. 102*, retibus *Gr. 49*
rigor *morbus canis 419*
iligno robore *92*
robore *morbo 464; cf. nota*
rostro *canis hal 78*
scarus...ruminat escas *hal. 119*

saetis *piscatoriis hal. 35, apri hal. 60*
sagax *de cane hal. 76 Gr. 158*
sagittae *126*
purum...salem *395*
saliva *canis 365*
Libyco...sandȳce *86*
saxatilis *piscis hal. 109*
scabies *canum 409*
scorpius *hal. 5*
securibus *68*
semina *tigris 162*
signa *ferae 223*, -is *236*
silvās *i. feras 3. 65. 80. 330. 494. 506, item* -is *162*
sinūs *retis 29. 33*
spadices *equi 532*

spicant hastilia dentes 118, spicatas . . . faces *484*
spina *equi 536; piscium* -ae *hal. 47*, -ā *hal. 130*
naribus ignes spirent *canes 271*
squamis *hal. 109*
stirpe *canis 187*
stuppea . . . messis *36*
sucus *ferae 356*, -o *piscis hal. 103*

tabe *435*
taxi *130*
telo *hal. 62*, tela *Gr. 121. 125*, telis *hal. 44*
tensas *535*
*tergum variorum animalium:* tergi *hal. 27*, -o *hal. 46. Gr. 30. 294*, -a *hal. 63. 71. Gr. 538*
tergore *piscium et ferarum: hal. 64. 95. 126. Gr. 339*
termes *frutex ignotus 132. 138.* -ite *20*
ramum . . . termiteum *447*
thoum *253; cf. 256*
tigrin *165; cf. 162 ss.*
tormento *dat. (i. funi) 26*
toros *equi hal. 56*
turis *133*, tura *442*
tussis *canum 477*
tutela *herbae 48, canis vel equi 306. 523, morbi 382. 478*, -ā *407, deorum 482. 496*

vapore ferino *223*
vasa *i. retia 219*
*ubera *canis 294*
venas *canis 356*
venabula *108*
*venatio: quasi bellum est Grattio post alios, cf. H. Schenkl, Wiener Studien 20, 1898, 322 B. A. Müller, ibidem 30, 1908, 165 ss. et vide vocabula* arma, bellum, hostis, Mars, Mavors, militia, proelia, pugnator
venator *93*
venabitur *canis 167*, -anti *536*, -antum *hal. 53*, -antibus *Gr. 1*, -andi *23. hal. 76*
ventres *canum 271*
vermiculus *canum 387*
verutis dentibus *110*
vestigia *canum 238. 276, ferarum 201. 245*
veterni *477*
vimen *hal. 13*, -ine *hal. 16*
vino *415*
virga *132*, -ae *143*, -as *119*
virosam eluviem *355*
virus *lolliginis piscis hal. 131*
viscera *hal. 62. Gr. 388*
vitulus *hal. 2*
ulceris *355*, -re *394*, -ribus *146*
unguen *416*, -ine *363*
unguibus *equi 511*
ungula *equi hal. 74*
tantum vellet in armis *canis 173*
volpina species *thoum 259*
volture *75. 79*
voltus *canis 269*
voce *canis 231*
ursus *Lucanus hal. 58*, Haemonios . . . -os *Gr. 49*

# ETAE LATINI MINORES

POST AEMILIVM BAEHRENS

ITERVM RECENSVIT

FRIDERICVS VOLLMER

VOL. II · FASC. 2

## OVIDI NVX
## CONSOLATIO AD LIVIAM
## PRIAPEA

SIAE IN AEDIBVS B. G. TEVBNERI MCMXXIII

# POETAE LATINI MINORES

POST AEMILIVM BAEHRENS

ITERVM RECENSVIT

FRIDERICVS VOLLMER

VOL. II · FASC. 2

## OVIDI NVX
## CONSOLATIO AD LIVIAM
## PRIAPEA

LIPSIAE IN AEDIBVS B. G. TEVBNERI MCMXXIII

LIPSIAE: TYPIS B. G. TEVBNERI

# P. OVIDI NASONIS
# NVX

## CONSPECTVS CODICVM

O = FDGϛ i. archetypus

F = cod. Florentinus Laur. Marc. 223 saec. XI—XII

D = cod. Dresdensis bibl. reg. A 167ª saec. XI—XII
G = cod. Lentiensis bibl. publ. 203, 6 saec. XII—XIII
M = cod. Florentinus Laur. Marc. deperditus

ϛ = unus vel complures libri recentiores

editiones:

α = Ovidi Heroidum editio s. l. et a.
β = Ovidi Heroidum editio s. l. et a
δ = Ovidii opera . . . a Matheo Capcasa . . . impressa . . . anno 1489 (Venetiis)
ε = Aldina Ovidi Heroidum 1502

*Bae* = Baehrens | *Heins* = Heinsius
*Bur* = Burmann | *Wil* = Wilamowitz

Carmen de nuce elegantissimum esse Ovidi post alios negavit V. de Wilamowitz-Möllendorf (comment. Mommsenianae 1877 p. 390—401) ardore iuvenili fretus ingenio; econtra id quod traditum est sobrio iudicio certis nisus argumentis corroboravit C. Ganzenmüller (Die Elegie Nux und ihr Verfasser, Tübingen 1910).

catalogus quidem operum Ovidianorum antiquos cum desit, fides omnis vertitur in testimonio codicum. neque apud veteres [1]) neque apud medii aevi auctores antiquiores [2]) quisquam Nucem

---

1) versus Persi Martialis Iuvenalis quos Ganzenmüller p. 84 s. composuit ut expressos ad locos Nucis mihi non satis apti ad persuadendum videntur; ubi sententiae eaedem leguntur apud Iuv. 10, 19 ss. et in Nuce v. 43 s. verba nimis discrepant.

2) v. Manitius Philol. 56, 1897, p. 539. primus versum ex Nuce attulit Philippus de Harveng († a. 1187), sed nomen Ovidi non pronuntiavit; dixit *quidam ethnicus . . . qui fructiferam arborem loquentem introducit* (seq. Nux 5 s).

commemorat; primus qui saepius nominaverit Vincentius Bellovacensis [1]) saeculo fere degebat postquam nostri codices boni exarati sunt.

unus liber antiquos [2]) superavit turbas barbariae, bis descriptus ut videtur aevo Ottonum: ex altero exemplo fluxit F, ex altero ceteri codices omnes.

F atque optimus testis F, codex Florentinus Laur., olim conventus S. Marci 223, saec. XI—XII, quem plene descripsit A. Kunz, P. Ov. Nas. lib. de medic. faciei, diss. Wien 1881 p. 5 ss., cuius verba suis observationibus aucta repetivit S. G. Owen in editione Tristium (1889) p. XXI, et H. Magnus in ed. Ov. met. p. XVII. codex continet metamorphoseon libros (imaginem versuum 9, 401—511 v. apud Chatelain, paléogr. des class. lat. pl. 98) et tristia (imaginem versuum 1, 5, 11—1, 6, 35 editioni addidit Owen). fol. 56$^{v}$ post metamorphoses in una pagina quadrupertita leguntur Nux et medicamina faciei a manu antiqua ea quae tristia (non met.) exaravit litteris minutissimis perscripta. aliquot locis etiam detrita est membrana adeo ut scribae alicui posteriori necesse visum sit hic illic verba delita redintregare, qua in re erravit versu 1 ubi *tue* ... *cure* rescripsit cum debuerit *uie* ... *uite*. ita factum est ut quamquam Wilamowitz, Leo, Baehrens (in eius usum inde a v. 20 Anziani), Goetz (ind. lect. Jen. 1889—80), L. Castiglioni (Studi ital. di filol. class. XII 1904, 298 ss.) Nucem contulerunt, tamen restarent mihi corrigenda. [3]) nimirum mihi praesto erat photographa imago, quam commode poteram tractare, id quod exempli causa profiteor et moneo.

F aliquot lectionibus optimis (nota v. 23. 31 s. 87. 95) adeo superat reliquos codices ut Wilamowitzius non dubitaverit eum pro unico memoriae fonte habere. quam opinionem falsam esse iam Baehrens recte dixit. neque enim desunt loci ubi recta quae

1) quod ille bis (v. Manitius l. l.) versum Ov. ex Ponto 2, 7, 37 sub titulo *Ov. in lib. de nuce* allegat, habebat codicem similem cod. Laurentiani et edit. $\alpha$ (v. app. crit. ad v. 170) vel cod. Brux. 4429.

2) quod ut credamus facit imprimis transpositio versuom 177 et 179 in omnibus codicibus obvia, nec tamen desunt aliae corruptelae communes.

3) gravissimum est quod Castiglioni primus vidit in v. 61 tradi *quoniam et* (sic $\widetilde{qm}$ &), idem recte dixit in v. 113 legi *hoc* (*h*˙) non *hic*, ne Castiglioni quidem perspexit extare v. 13 $\overset{\iota}{n}$ i. *nisi*, 16 *ill*$\overset{o}{a}$, 28 *pallidis*, 34 deesse *et*, 108 legi *ei* non *et*, 181 *urar* ē *nec*; falso legit v. 117 *umbram*, est *umbr*$\overset{s}{a}$.

inest in ceteris praeter F codd. lectio quin tradita, non ex ingenio inventa sit vix dubites.[1])

Baehrens igitur praeter F adhibuerat aliquot testes recentiores saeculi XIII—XV; post eum demum adinvenerunt Lentiensem (G) Huemer, Dresdensem (D) Manitius.

G est codex bybl. publ. Lentiensis (Linz ad Dan.) CCIII 6 G
saec. XIII, olim coenobii Garsten, qui in foliis non numeratis exhibet carmen de nuce ita ut post v. 114 interpositum sit carmen pseudo-Ovidianum de pulice. librum descripsit J. Huemer, Wiener Studien IX, 1887, p. 93; mihi intercedendo qua est liberalitate photographa procuravit E. Hauler, unde corrigere potui enotata Huemeri non sat plena et hic illic falsa.

Dresdensem bybl. reg. A 167ª saec. XI—XII publici iuris fecit D
M. Manitius Philol. 60, 1901, p. 318. liber erat olim monasterii S. Petri in Merseburg oppido; iam descriptus est apud Schnorr, catal. codd. Dresd. I p. 73. continet carmen de nuce fol. 39—41ᵛ, notandum autem quod angulus sinister superior codicis oleo corruptus est adeo ut initia vv. 5—9. 76—83. 154—157 et fines vv. 37—40. 115—118 difficiles lectu vel omnino inlegibiles sint. D ipse evolvi et descripsi.

non melior et vix antiquior quam DG erat codex Laurentia- M
nus nunc deperditus quem adhibuit Angelus Politianus. eius rei testis est exemplar editionis Ovidi Parmensis a. 1477, quod nunc extat Oxonii in bybl. Bodleiana (v. SG. Owen, Ov. tristia p. XIIII). in hoc ad calcem Nucis elegiae adnotatum legitur *Contuli cum exemplari ex divi marci bibliotheca libellum hunc de nuce. die 21. Julii 1493. Politianus.* quam collationem cum ne a Baehrensio quidem adhibita et omnino publicata non sit, a mea editione abesse nolui. ideo contuli (exemplari Oxoniensi uti per belli tempora non licebat, postea varii casus prohibuerunt) apographon adnotationum Politiani, quas Puccius repetivit in exemplari editionis Venetae a. 1489 (Hain 12145) olim inter libros P. Victorii, nunc Monaci in bybl. publica (lib. impr. c. not. mss. in fol. 35), de quo fuse egit A. Kunz, Ov. de med. fac. 25. lectiones huius editionis ipsius distinxi littera δ, quae rarissime δ
ab editionis Parmensis a. 1477 discrepare videntur. Laurentiani autem codicis lectiones (M) demonstrant eum non aequasse integritatem libri F (v. ad v. 31) et saepius iam similiter ac DG interpolatum fuisse (pessime 96 *poma*, 106 *causa*, 111 *ausonium*

1) ita mihi iudicandum videtur de his lectionibus v. 33 *numquid*, 36 *percutiantur*, 39 *inducta*, 125 *repurgat humum*. nec mihi persuadere possum in v. 75 *A tribus* vel *Aut tribus* probam esse lectionem: constructio asyndeta recte stat, quia *cum* novam rem inducit; ortum erit illud *A III* ex *IIII* numero cum deliciis picto.

al.). moneo autem ut aliquis harum rerum peritus exemplar Oxoniense excutiat, quia hic illic de fide Puccii dubitari potest.

codices D et G, etiam M, contra F iam conspirant in certis corruptelis, quas coniectura tollere studebant librarii. tales interpolationes increbescunt cum tempore in codicibus recentioribus. quare ego satis habui plenas praeter vitia orthographica addere collationes librorum FDG et quantum per Politianum licuit etiam M, reliquorum passim afferre lectiones singulorum vel plurium signo addito ς. innotuerunt autem mihi adhuc hi manuscripti (addo in ordine libros in catalogis apud Manitium (Rhein. Mus. 47 suppl.) commemoratos:

Berlin bybl. reg. Diez. B Sant. 1 saec. XIII fol. 237; descr. Kunz, Ov. med. fac. p. 15; Owen, Ov. trist. p. XVII; cont. F. Levy

Berlin bybl. reg. Diez B Sant. 4 a. 1444; descr. Bethmann (altes) Archiv f. ä. d. Gesch. 8, 853; Owen p. XXXIII

Brüssel bybl. reg. lat. 4429 saec. XV fol. 73R—76R cum subscriptione (post additos versus Ov. Pont. 2, 7, 37—47) *Explicit Ouidius de nuce, quem habui Leodii anno 1463 ex quodam libro abbatie Sancti Laurencii Leodiensis* (i. Lüttich), *in quo libro continentur opera Vergilii bene commentata.* contuli.

Canterbury, catalogus (post a. 1285) n. 271 *Ouidius epistolarum sine titulo, de arte amatoria, de remedio amoris, de nuce, de sompno, de pulice, de cuculo, de fastis, magnus, de tristibus, de ponto, de mirabilibus mundi.*

Canterbury, catalogus saec. XIII n. IV *libri Ouidii magni, Ovid. in Ibin, de nuce, de somno, de pulice. Glose super Ouidium magnum. Ouidius epistolarum. Ouidius tristium non totus.*

Cheltenham, bybl. Phillipps 16360 (Libri 749) saec. XV: v. H. Schenkl, bibl. Patr. lat. Brit. n. 2011

Dresden bybl. reg. A 167 v. supra D

Dresden bybl. reg. Dc 147 saec. XV exeuntis fol. 136V—140V; v. Schnorr, catal. cod. Dresd. I p. 322 et Oldecop, cons. ad Liv. p. 10

Durham, catalogus saec. XII n. 366 *Ouidius de nuce*

S. Egmond, catalogus a. 1129 p. 166 *glose ... super Ouidium. Ouidium de nuce. Ouidium in Ibin*

Escorial V III 10 saec. XIV fol. 98V (v. Hartel-Löwe, bibl. patr. lat. Hisp. I p. 256) legitur catalogus operum Ovidianorum et in hoc etiam *O' de nuce*

Florenz Laur. Marc. 223 v. supra F

Florenz Laur. plut. 36, 2 saec. XV ex. fol. 248R—250V (Bandini, catal. II p. 229; Kunz l. l. p. 16); contulit N. Heinsius

Florenz Magliabecch. VII 966 saec. XV in fol. 39V: v. Kunz l. l. p. 18 et Galante, Stud. Ital. di filol. class. X 1902 p. 350); contulit Castiglioni p. 299

Florenz Riccard. M III num. I 489 saec. XIII fol. $73^V$—$74^R$, descr. Kunz p. 12 s.; contulit Castiglioni p. 299

Florenz Laur. deperditus v. supra M

Gotha bybl. duc. membr. II n. 120 saec. XIII fol. 48, descr. E. Voigt, Quellen u. Forschungen XXV 1878 p. 3

Göttingen bybl. Vnivers. philol. 127 saec. XII—XIII fol. 70—73 (v. catal. p. 29). contulit Baehrens

Leiden bybl. Vnivers. Periz. 4°, 7 saec. XV fol. 45—48. contulit Baehrens

Linz bybl. publ. CCIII, 6 v. supra L

London mus. Brit. Sloane 277 saec. XV: catalogi indicem repetivit Kunz p. 19

Neapel bybl. Borb. CCLX (IV F 12) saec. XIV; continet solos v. 1—25, sed cum subscriptione *Explicit Ouidius de nuce. Amen;* v. Ianelli, catalog. p. 180 Kunz p. 12

Neapel bybl. Borb. CCLXI (IV F 13) saec. XIII: *Incipit liber Ouidii de nuce*; v. Ianelli, catal. p. 182 Kunz p. 11; contulit Castiglioni (v. p. 299)

Norfolk bybl. ducis of Leicester in Holkham Hall 395 saec. XV: v. H. Schenkl, bibl. patr. lat. Brit. n. 3565

Oxford Bodl. auct. F 1, 18 a. 1483 fol. 146—151: v. H. Schenkl n. 809; Owen p. XXX; Oldecop, cons. ad Liv. p. 9

Oxford, Bodl. auct. F 2, 14 saec. XII—XIII fol. 104—7: H. Schenkl n. 823; contulit Baehrens

Piacenza bibl. com. 8 (Laud. 116) saec. XV (v. Baldamo, studi Ital. di filol. class. IX 1901 p. 491) *de nuce liber*; aliquas lectiones affert Castiglioni p. 280 not. et p. 299

Richard de Fournival catalogus bybl. fere a. 1250 tab. X 117 . . . *eiusdem ouidii libellus de cuculo, de pulice, de sompno, de medicamine faciei et de nuce.*

Rom Vat. lat. 1602 saec. XIV fol. $40^V$: nuci additi sunt versus Ov. Pont. 2, 7, 37—48: v. catal. III p. 93

Rom Vat. lat. 1607 saec. XIV—XV fol. 51: v. catalog. III p. 95

Rom Vat. lat. 9991 saec. XII fol. 93—97; desunt v. 122—163. 178. 179; v. catal. IV p. 263

Rom Vat. Pal. lat. 910 saec. XV fol. 125

Wien bybl. aul. 102 saec. XV (Endlicher CXLVIII)

Wolfenbüttel bybl. duc. 371 (Helmstad. 336) a. 1450 fol. $127^V$—131

Wolfenbüttel bybl. duc. 3614 (56, 20 Aug. 8°) saec. XIII fol. 62—65: contulit Baehrens

Zürich bybl. urb. A 103 saec. XV

editiones antiquissimas non omnes mihi parare potui (descr. cum cura Sedlmayer proleg. crit. ad Ovidi heroides p. 25 ss.; cf.

et Owen p. LV ss.); excerpsi has ex quibus genesis vulgatae recensionis eluceat

- α = P. Ouidii nasonis Heroides Epistole s. l. e. a. 4° (Hain *12 186)
- β = Publii Ouidii Nasonis epistolarum heroidum s. l. e. a. 2° (Hain *12 187)
- δ = Ovidii opera . . . a Matheo Capsaca . . impressa . . . anno 1489 (Venetiis: Hain *12 145)
- ε = Publii Ouidii Nasonis heroidum epistolae eqs. Venetiis in aedibus Aldi Romani, mense decembri MDII (fere ex β expressa)

superiorum criticorum commenta et collationes congessit P. Burmannius, Ovidii opera vol. I p. 829 ss. non vidi editionem cum commentario Lindemanni Zittau progr. 1844

[recensionem absolvi a. 1916. temporibus melioribus contulissem etiam plures codices, imprimis Vat. 9991, namque necesse est historiam codicum recentiorum diligentius explorari.]

Nux ego iuncta viae cum sim sine crimine vitae,
  a populo saxis praetereunte petor.
obruere ista solet manifestos poena nocentes,
  publica cum lentam non capit ira moram.
nil ego peccavi nisi si peccare docetur
  annua cultori poma referre suo.
at prius arboribus (tum cum meliora fuerunt
  tempora) certamen fertilitatis erat

---

1 ~ Verg. Aen. 4, 550  2 ~ Ov. am. 3, 1, 54  4 ~ Pont. 4, 14, 16. ars 2, 456  5 ~ epist. 20, 181. (trist. 4, 4, 9). met. 10, 200

---

P. OVIDII NASONIS LIBER NVCIS ĨCIP̃ F, Incipit ouidius de nuce G, *sine titulo* D  1—13 Pomaque *a manu secunda in* F *iterata sunt, postquam* $F^1$ *fere evanuit*  1 ui(a)e DGδς ($F^1$?), tuę $F^2$  uit(a)e DGδς, ///ę $F^1$, curę $F^2$  2 p̃t̄unte *sic* D  3 manifestos O, -ste ς  4 lenta D  5 peccare O, peccasse Gςα  docetur (do- $F^2$, -cetur $F^1$) OM, fatetur Dα, fatemur βδε, uocetur *Poliziano,* uocatur *Heins*; *at* docetur *technice de agendo apud iudices ut saepe ap. Cic. al.*  7 tũ $F^2$, tunc Gδς, $F^1$D *n. l.*

(tum domini memores sertis ornare solebant
  agricolas fructu proveniente deos):
saepe tuas igitur, Liber, miratus es uvas,
  mirata est oleas saepe Minerva suas,
pomaque laesissent matrem, nisi subdita ramo
  longa laboranti furca tulisset opem.
quin etiam exemplo pariebat femina nostro,
  nullaque non illo tempore mater erat.
at postquam platanis sterilem praebentibus umbram
  uberior quavis arbore venit honor,
nos quoque frugiferae (si nux modo ponor in illis)
  coepimus in patulas luxuriare comas.
nunc neque continuos nascuntur poma per annos
  uvaque laesa domum laesaque baca venit;
nunx uterum vitiat quae volt formosa videri,
  raraque in hoc aevo est quae velit esse parens.
certe ego, si nunquam peperissem, tutior essem:
  ista Clytaemestra digna querela fuit.
si sciat hoc vitis, nascentes supprimet uvas,
  orbaque, si sciat hoc, Palladis arbor erit.
hoc in notitiam veniat maloque piroque:
  destituent silvas utraque poma suas.
audiat hoc cerasus: bacas exire vetabit;
  audiat hoc ficus: stipes inanis erit.

---

10 ~ Tibull. 1, 1, 14. 1, 5, 27  11 ~ Verg. georg. 1, 103  19 ~ Ov. Pont. 2, 1, 15  23 ~ Hor. carm. 4, 13, 3. Ov. met. 9, 462  24 ~ Pont. 2, 5, 5  25 ~ trist. 4, 5, 13  28 ~ ars 2, 518  31 ~ Ib. 27

---

9 Tum F[2] ς (F[1] *n. l.*), Cum D, Dum G, Tunc δ  domini memores O, non ĩmemores G  10 agricolas *Heins (cf. Tibull)*, agricol(a)e O  prouueniente OM, praeu- δ  13 matrem *arborem*  nisi O, ni ς  15 Quin etiam O, Tunc et D  16 illo Gδς, illa *corr. in* -o F, nullo D  18 quauis O, quamuis D  honor *sic et* F  19 frugifer(a)e O, fructiferae Gβδ  20 Caepimus F, Cepimus DGς  22 Vnaq; D  laesa *a furibus, opp. 13* laesissent  lesa domumq; lesa bacha D  23 uterum uiciat FDα, uterus uicii (-io βδς) est Gβδς  25 *om.* G *in contextu, suppl.* G[1] *in marg.*  26 clitemestra (-tim- G) O  27—34 *om.* α *et Laur.*  27 supprimet O, -at Gς  28 pal(l)adis Gδς, pallidis FD  30 Destituent O, -ant ς  31. 32 *ut supra* (*nisi quod* stipis) F *solus*; Audiat hoc (haec βδ) cerasus, stipes inanis erit

non equidem invideo: numquid tamen ulla feritur
  quae sterilis sola conspicienda coma est?
cernite sinceros omnes ex ordine truncos,
  qui modo nil quare percutiantur habent.
at mihi saeva nocent mutilatis volnera ramis,
  nudaque deiecto cortice ligna patent.
non odium facit hoc, sed spes inducta rapinae:
  sustineant aliae poma, querentur idem.
sic reus ille fere est de quo victoria lucro
  esse potest; inopis vindice facta carent.
sic timet insidias qui se scit ferre viator
  cur timeat: tutum carpit inanis iter.
sic ego sola petor, solam quia causa petendi est;
  frondibus intactis cetera turba viret.
nam quod habent frutices aliquando proxima nostri
  fragmina, quod laeso vimine multa iacent,
non istis sua facta nocent: vicinia damno est:
  excipiunt ictu saxa repulsa meo.

---

33 ~ Verg. buc. 1, 11  34 ~ Ov. am. 2, 4, 42  35 ~ Ib. 87 met. 8, 747  36 ~ met. 14, 663  43 ~ Anth. $I^2$ 261, 2

---

DGMβδς, *praemissis variis interpolationibus:* Audiat hoc ficus, ficu privabit amicum GMς, Fructus iocundos que profert et rubicundos D, Queque sibi uario distinguit poma colore βδς *(hunc etiam* $F^2$ *in marg. habet)*

33 numquid DGδς, numquam FM ferit D  34 est *habent post* coma Dς, *post* sola Gβδ, *omisit omnino* F inspicienda βδε  36 percutiantur (-cuc- Dς) DGςαβδε, conspiciantur F  37 mutilatis (*sic et* M) u. ramis Gςδ, D *non certo legitur,* mutilantis u. rami F  38 decerpto αδ  39 inducta D *ut videtur,* Gςαβδ, illustra F, indulta *cod. Fabricii,* iniusta *Wil,* inuicta *Radermacher,* induta *Bae*; *at* inducta *est i. q.* ʽ*excitata, commota*ʼ  40 aliae *matres arbores* querentur Fςδ (D *n. l.*), -untur G  41 lucro Fςδ, lucr/ D, lucri G  44 Cur O, Quod βδ tũtu D  45 solã F, solũ G, soli Dςαβδ quia O, q; D  46 uiret Oδ, uiget M  47 frutices O, fruticeta *Bae*; *at interpretandum videtur:* proxima nostri *i. arbores nobis proximae (cf. v. 54)* habent frutices fragmina *i. non nisi fractos* aliquando Fςαβδ, aliunde G, alioquin Dς nostri FDMς, nostris Gςα, nobis ςβδ; *nolui* nostra  48 quod *sic* OδM multa O *scil. proxima;* trunca *Bur*, nuda *RTClark* multũ uimina lesa M  49 facta O; *accipe* ʽ*quae in eas fiunt*ʼ *cf. 155* nostra ... iniuria  50 hictu F

idque fide careat, si non, quae longius absunt
  nativom retinent inviolata decus.
ergo si sapiant et mentem verba sequantur,
  devoveant umbras proxima quaeque meas:
quam miserum est, odium damnis accedere nostris
  meque ream nimiae proximitatis agi!
sed, puto, magna mea est operoso cura colono!
  inveniat, dederit quid mihi praeter humum.
sponte mea facilis contempto nascor in agro,
  parsque loci, qua sto, publica paene via est.
me sata ne laedam, quoniam et sata laedere dicor,
  imus in extremo margine fundus habet.
non mihi falx nimias Saturnia deputat umbras,
  duratam renovat non mihi fossor humum;
sole licet siccaque siti peritura laborem,
  irriguae dabitur non mihi sulcus aquae.
at cum maturas fisso nova cortice rimas
  nux agit, ad partes pertica saeva venit.
pertica dat plenis inmitia volnera ramis,
  ne possim lapidum verbera sola queri.
poma cadunt mensis non interdicta secundis
  et condit lectas parca colona nuces.
has puer aut certo rectas dilaminat ictu
  aut pronas digito bisve semelve petit.

55 ~ Ov. trist. 4, 1, 69 63 ~ Catull. 64, 41 71 ~ Ov. met. 7, 585. Verg. g. 2, 101 Ov. met. 8, 674 72 ~ fast. 4, 692 74 ~ trist. 4, 10, 58

51 Id (*om.* q;) D 52 Natiuum O, Natum ui D retinent *ind. audacter positus* 54 umbrā D meas O, suā D 55 est odium O, odium est D 57 mea FDGςα, mei ςβδ, meo ς operosa D 58 inueniat Gς, *incertum* -at *an* -et F, -as Dβδ, -es ςα dederit quid O, det & hanc quod G 59 contem(p)to (contento D) n. i. agro O, contemptis n. i. agris G 60 bulica D pene O, poena F uia O, uię D 61 quoniam (qm̃ FD) O, quò G et FDς, *om.* Gς *edd. omnes* 63 falx O, fallax D saturni δ (-ia M) 66 equę D 69 inmitia (imm- G) FGς, inimicaque Dς 70 Ne possim Fς, Nec possum (-im βδ) DGςαβδ uerbera FGςαβδ, uulnera DMς; *69* verbera *et 70* vulnera *Wil* 72 Et O, S; D condit DGς, condit *an* cond& *incertum* F 73 Has O, Ast *cod. Brux.* certo rectas Fς, certe rectas G, certe recto D, certo lectas αβδ ς dilaminat *cod. Laur. 36, 2 et* α, dilaniat Gςβδ, dilamat *cod. Brux.*, deliniat F *et fortasse* M, diuerberat Dς, delimat ς 74 pronas O, penas D petit O, petat F

quattuor in nucibus, non amplius, alea tota est,
  cum sibi suppositis additur una tribus.
per tabulae clivom labi iubet alter et optat
  tangat ut e multis quaelibet una suam.
est etiam, par sit numerus qui dicat an impar,
  ut divinatas auferat augur opes.
fit quoque de creta, qualem caeleste, figura,
  sidus et in Graecis littera quarta gerit.
haec ubi distincta est gradibus, quae constitit intus
  quot tetigit virgas, tot capit ipsa nuces.
vas quoque saepe cavom spatio distante locatur,
  in quod missa levi nux cadat una manu.
felix, secreto quae nata est arbor in arvo
  et soli domino ferre tributa potest.
non hominum strepitus audit, non illa rotarum,
  non a vicina pulverulenta via est.
illa suo, quaecunque tulit, dare dona colono
  et plenos fructus annumerare potest.
at mihi maturos nunquam licet edere fetus,
  ante diemque meae decutiuntur opes.
lamina mollis adhuc tenet os in lacte, quod intra est,

85 ~ met. 11, 715  87 ~ met. 10, 647  92 ~ Pont. 1, 9, 56

75 Quatuor DGςαβδ, A tribus F, Aut tribus *Wil* est O, *om.* G *accipe: quattuor nuces, non amplius, aut lucri fiunt aut damni; cf. Mart. 4, 66, 16; 14, 19* 76—80 *in* D *legi non possunt praeter fines* 77 iubet Gςδ, iuu& F, D *n. l.* optat DGςδ, opt& F 78 qu(a)elibet O (D *n. l.*), quamlibet *Laur. et* α 80 Vt d. auferat Fςδ (D *n. l.*), Et d. auferet G 81 de creta O, decerta βδ qualẽ FGςαβδ, quale *an* quale ẽ *incertum* D figura Dςαδ, -am FGMς, *de hyperbato cf. Sitz. Ber. Münch. Ak. 1918, 4 p. 3 ss.* 83 H(a)ec O, Nec D didistincta F, destincta δ qu(a)e O, qua ς, qui δ 84 Quod D uirgas *Senftleb (i. diagrammatis lineas)*, uirga O, uirgo M *ut videtur* ipsa OM, ipse ςα, inde βδ 86 quod Oδ, quo GMα cadat FDςδ, cadit GMς una FGςδ, ima D 87 aruo FMα, agro DGςβδ 89 audit *om.* D 90 a Oδ, est M uicinia D est Oδ, *om.* M 91 dona (dono *erasa altera* o D) Oδ, poma Mςα 92 annumerare OM, din- βδ 93 f(o)etus Oδ, fructus Mςα 94 decutiuntur (denuc- D) FDς, -entur Gς, deiciuntur α, percutiuntur βδ 95 Lāmina D tenet os in F, tenero est in Gςβδ, tenero de DMςα, teneroque in ς; os *est i. q.* ʿ*nu-*

nec mala sunt ulli nostra futura bono:
iam tamen invenio qui me iaculentur et ictu
praefestinato munus inane petant.
si fiat rapti, fiat mensura relicti:
maiorem domini parte, viator, habes.
saepe aliquis, foliis ubi nuda cacumina vidit,
esse putat boreae triste furentis opus;
aestibus hic, hic me spoliatam frigore credit;
est quoque, qui crimen grandinis esse putet.
at mihi nec grando, duris invisa colonis,
nec ventus fraudi solve geluve fuit:
fructus obest, peperisse nocet, nocet esse feracem,
quaeque fuit multis, ei mihi, praeda malo est.
praeda malo, Polydore, fuit tibi, praeda nefandae
coniugis Aonidum misit in arma virum.
Hesperii regis pomaria tuta fuissent,
una sed inmensas arbor habebat opes.
at rubus et sentes tantummodo laedere natae
spinaque vindicta cetera tuta sua est.
me, quia nec noceo nec obuncis vindicor hamis,
missa petunt avida saxa proterva manu.
quid si non aptas solem vitantibus umbras,
finditur Icario cum cane terra, darem?

---

109 ~ Tibull. 2, 3, 40 ss. *ad exempla cf.* Prop. 3, 13, 55 ss.

---

*cleus'*, *cf. Sitz. Ber. Münch. Akad. 1918, 4 p. 25* quod intra (-o *an* -a *F?*) est O, quod intus α, quieta D
96 Nec O, Haut G mala Oδ, poma M ulli DGςδ, illi F
97 Iam DGMς, Tam F, Tunc α, Et βδ iaculentur FDMςα, -etur Gβδ 98 Profestinato D petant FDMς, petat Gβδ 100 habes Gςβδ, habet FDα 104 putet Oδ, putat Mα 106 fraudi Gςβδ, fraudis F, causa DM, causa est α solue Oδ, sole G 108 Queqe *sic* D ei (hei ςα) Fς, et Gς, ē D, est M, ut ς, haec βδ 109 polidore FDG 10 Aonidum *nescioquis,* aonium FDςαβδ, adonium Gς, ausonium M in Fαβδ, ad DGMς 111 Nesperii D 113 At rubus FGςαδ, Tribulus D *inter* 114 *et* 115 *interposuit* G *carmen de pulice* 115 nec noceo FDς, non noceo Gςαβδ obuncis OM, abuncis *vel* aduncis (αδ) ς amis $F^1$ 117 Quid Oδ, Quod Dα, *item* 119
uitantibus ς, minantibus F, mutantibus Gςβδ (D *non certo legitur*), fugientibus ςα; *figura est quod repetitur* vitantibus *in v. 119* 118 Funditur D, Scinditur α icario (yc- G) FGςδ, -eo D

quid nisi suffugium nimbos vitantibus essem,
non expectata cum venit imber aqua?
omnia cum faciam, cum praestem sedula cunctis
officium, saxis officiosa petor.
haec mihi perpessae domini patienda querela est:
causa vocor, quare sit lapidosus ager,
dumque repurgat humum collectaque saxa remittit,
semper habent in me tela parata viae.
ergo invisa aliis uni mihi frigora prosunt:
illo me tutam tempore praestat hiems.
nuda quidem tunc sum, nudam tamen expedit esse,
non spolium de me quod petat hostis habet.
at simul induimus nostris sua munera ramis,
saxa novos fructus grandine plura petunt.
forsitan hoc aliquis dicat 'quae publica tangunt,
carpere concessum est: hoc via iuris habet.'
scilicet hoc: oleas destringite, caedite messes;
improbe, vicinum carpe, viator, holus.
ntret et Vrbanas eadem petulantia portas,
sitque tuis muris, Romule, iuris idem:
quilibet argentum prima de fronte tabernae
tollat et ad gemmas quilibet alter eat.
auferat hic aurum, peregrinos ille lapillos

121 ~ Ov. epist. 20, 7 127 ~ epist. 1, 51 128 cf. Verg priap. 1, 2 132 ~ Ov. Ib. 468 140 ~ met. 2, 388

119 nisi FDςαδ, ni Gβ suffugium (subf- F) FDς, suffragium Gςαβδ 123 H(a)ec Fςβδ, Nec DG, Non α 124 Causa uocor *Bae*, Causabor Oαβδ, Causa habeor *Saumaise* quare DGςδ, qr̃ F 125 repurgat Gςαβδ, repugnat FD humum DGςδ, humus F remittit Oδ, -tto G 128 me tutam Fςαβδ, ut (ut *om.* G) non metuam DG, ne metuam *cod. Brux.* 129 Nuda Oδ, Nulla D nudam tamen (tunc ς) Oδ, mala tunc D 130 Non DGς, Nam F, Nec αβδ petat Oδ, petit D 131 *ut supra* FDς, At cum uix nr̃is crescunt sua G munera O, uulnera δ *non correcta* 132 nouos DGςδ, nouo F 133 hoc O (*etiam* F), hic αβδ tangunt Fςαβδ, -ant D, -it G 134 Carpere concessum (non cessum D) est Oαβδ, Carpi concessa est G hoc Oδ, si ς 135 Scilicet Oα, Si licet $G^1$ς *et male editiones inde a* βδ; *subaudi* hoc (via iuris habet) hoc Oδ, hoc iure M destringite β, distr- Oαδ c(a)edite OM, laedite δ 136 cape $G^1$ 139 prima (-me α) de Oδ, de prima D

et quascunque potest tangere, tollat opes.
sed neque tolluntur nec, dum regit omnia Caesar,
incolumis tanto praeside raptor erit.
at non ille deus pacem intra moenia finit:
auxilium toto spargit in orbe suom.
quid tamen hoc prodest, media si luce palamque
verberor et tutae non licet esse nuci?
ergo nec nidos foliis haerere nec ullam
sedibus in nostris stare videtis avem.
at lapis in ramo sedit quicunque bifurco
haeret, ut et capta victor in arce manet.
cetera saepe tamen potuere admissa negari,
et crimen noxa est infitiata suom:
nostra notat fusco digitos iniuria suco
cortice contactas inficiente manus.
ille cruor meus est, illo maculata cruore
non profectura dextra lavatur aqua.
o, ego, cum longae venerunt taedia vitae,
optavi quotiens arida facta mori!
optavi quotiens aut caeco turbine verti
aut valido missi fulminis igne peti!
atque utinam subitae raperent mea poma procellae,
vel possem fructus excutere ipsa meos!
sic, ubi detracta est a te tibi causa pericli,
quod superest tutum, Pontice castor, habes.

---

143 ~ Anth. II$^2$ 813   147 Ov. met. 2, 589 (Pont. 3, 3, 57) 158 ~ epist. 5. 116 met. 13, 411. Ib. 520   160 ~ am. 1, 13, 27 162 ~ epist. 3, 64

---

142 tollat Oδ, tangat D   143 Sed (Set) neque Oδ, Set nec D regit Oδ, -at G   145 pacem Oδ, pater α finit Oδ, fuit D, sumit α   147 si *om.* D tut(a)e FDςδ, tutam GMς nuci FDGςβδ, mici *vel* mihi ς, mihi Mα   149 ullam Oδ, ullis D uidetis (*etiam* F) Oδ, uidebis α   151 At Oδ, Ad M sedit Oδ, sedet D   152 ut et FDM, et ut Gςαβδ manet DGςαβδ, sua F   153 admissa Gς, amissa FDς   154 Et crimen uox (uix ς) est (noxa est *Heins*) FDςβδ, Est crimenq; uxor G, Crimen ut est uxor Mς, Crimen nux est α   158 Non Oδ, Nec D profectura Gςαβδ, profutura FD   159 ego Oδ, mihi D   160. 161 *ut supra* FGςαβδ, *uno versu* Optanti quociens aut ceco turbine uerti D   162 fulminis Oδ, turbinis G 163 utinam subit(a)e Oδ, ut sibi te D   164 Vel Oδ, Aut G 165 est *om.* D tibi OMα, mihi βδ   166 tutum DGςδ, totũ F

quid mihi tunc animi est, ubi sumit tela viator
  atque oculis plagae destinat ante locum?
nec vitare licet moto fera volnera trunco,
  quem sub humo radix curvaque vincla tenent.
corpora praebemus plagis ut saepe sagittis
  quem populus manicas deposuisse vetat,
utve gravem candens ubi tolli vacca securim
  aut stringi cultros in sua colla videt.
saepe meas vento frondes tremuisse putastis,
  sed metus in nobis causa tremoris erat.
si merui videorque nocens: imponite flammae
  nostraque fumosis urite membra focis.
si merui videorque nocens: excidite ferro
  et liceat miserae dedoluisse semel.
si nec cur urar nec cur excidar habetis:
  parcite: sic coeptum perficiatis iter.

---

167 ~ epist. 11, 87 (met. 5, 626. 7, 582. 14, 177) 180 ~ fast. 3, 480

---

167 Quod nunc animi cum sumit D ubi FGς, cum Dςαβδ 168 Atque FDςβδ, Aut Gα ante FGςαδ, esse Dς, ipse ς locum Oδ, letum D 169 uulnera O, uerbera ς 170 radix O, sucus D curuaque uincla FDςβδ, uincula curua Gα *itemque* M *ut videtur vel* uinclaque curua *post* 170 *inserti sunt in Laur. 36, 2 et in α Ov. Pont. 2, 7, 41—46* 171 ut Oδ, aut G 172 Quem *nescioquis,* Cum O populus O, -los D uetat Oδ, uetant D, ł iubet M 173 Vtue Fςδ, Vtque DG candens *(cf. Verg. Aen. 4, 61) Heins,* pandens Fς, pascens GMςα, nescis D, pauida est βδ securim DGς, -rem Fςαβδ 174 colla Oδ, fata ς 175 uento frondes FDς, frondes uento Gαβδ putastis Fςβδ, putasti Gα, putatis D 176 Sed *vel* Set DGςαδ, Sed nõ F metus Oδ, m̃s D tremoris Oδ, timoris M 177 *et* 179 *in* O *locum mutarant:* 177 excidite (exscindite Gς) ferro Oβδ, 179 imponite flamm(a)e (-is DM) Oβδ, *sed in* F excidite — fumosis *in loco adraso scripti sunt a* F[1]; *ordinem correxit nescio quis; contra* 179. 180. 177. 178 *ordinavit* α 179 Si merear uidearque D 180 Et liceat Oδ, Sufficiat D dedoluisse *Heins,* dedecus esse Oαβδ 181 nec cur FDςδ, non cur GM, cur non α urar nec (ne D) DGςα, urar ẽ nec F excidar (exsci- G) Oδ, succidar ς EXPLICIT LIBER NVCIS OVIDII NASONIS. EIVSDEM INCIPIT LIBELLVS DH MHDICAMINH FACIHY ΦHMYNHH F, *carent subscriptione* DG, Explicit ouidius de nuce ς

# INCERTI
# CONSOLATIO AD LIVIAM

## CONSPECTVS CODICVM

| | | |
|---|---|---|
| **O** | archetypus Carolinus | |
| **A** | Florenz Laur. 36, 2 | omnes saec. XV exeuntis |
| **B** | Rom Vat. Vrb. 353 | |
| **C** | London Brit. Mus. add. 11973 | |
| **D** | Rom Vat. Ottob. 1469 | |
| **E** | Oxford Bodl. auct. F 1, 18 | |
| **F** | Rom Vat. Reg. 1621 | |
| **H** | Dresden bibl. publ. 147 | |
| **k** | codex Combianus Heinsii non plene collatus | |
| flor. | florilegium Fonzii in cod. Riccard. 152; continet versus 9—10. 347. 357—362. 369—74. 427—8. 443—4 | |

editiones:

| | |
|---|---|
| ε | editio Romana a. 1471 |
| ζ | „ Veneta a. 1472 |

| | | |
|---|---|---|
| *Bae* = Baehrens | *Lip* = Lipsius | *Old* = Oldecop |
| *Bur* = Burmann | *Mo* = Molsheim | |
| *Heins* = Heinsius | *Nav* = Navagero | |

Elegos de morte Drusi, quibus post insignem M. Hauptii tractatum (progr. univ. Lips. 1849 = opusc. I 315—357) nullo iure solent inscribere 'epicedion Drusi', non composuit Ovidius, cui attribuont codices nostri qui sunt saec. XV, sed alius quis homo nobis ignotus, olim spectatus, eques Romanus (v. 202),[1]) coniunctus et familiaris M. Lollio cos. a. 20 a. Chr. (eleg. Maec. 1, 10), quo intercedente uno post Drusi mortem anno Terentiae obtulit priorem elegiam de morte Maecenatis (8 a. Chr.). factum et Liviae traditum est carmen eodem quo Drusus obiit anno 9 a. Chr. n.[2]). de his rebus ut iam dubitari non liceat, effecit op-

1) eum comitem fuisse Drusi et adfuisse in Germania morienti videtur testari v. 85 *vidimus*.

2) huic tempori convenit et res metrica: *o* finalis nusquam correpta praeter *modo* et *ego*, *u* vocalis in *persoluenda* 370, productae finales in tertia arsi propter partitionem rhetoricam

tima disputatio Francisci Skutsch (encycl. real. IV 933—947), nec qui ei oblocutus est Henr. Oldecop (diss. Göttingen 1911) quidquam assecutus est veri. dixi de ea re nuper Sitz. Ber. Bayer. Akad. 1918, 4, 10 ss. quae contra posuit Domaszewski, Sitz. Ber. Akad. Heidelberg 1919, 2, 13 ss, mihi vana et falsa videntur item ut Friderico Levy (Socrates, Jahresber. d. philol. Ver. zu Berlin 47, 2, 103).

carmen lectum esse etiam saeculis insequentibus demonstrant Senecae Lucani Stati verba, multo post carmen anthologiae ad v. 372 allegatum; latuit fere per medium aevom (namque vix credo id quod in catalogo bybliothecae S. Pancratii in Hamersleven saec. XIII, Becker catalogi antiqui 56 n. 70, legitur *Ouidium de Licia* nostrum indicare carmen, non aliquid *de Lydia*) renatum est saec. XV$^0$. bonum testimonium extat in cod. Laur. 36, 2 fol. 255 et 53, 15 fol. 41 in accessu ad Ovidium: *scripsit etiam epistolam consolatoriam ad liviam augustam de morte drusi neronis filii: qui in germania perierat: quae nuper inuenta est.* et optime hanc notitiam coniunxit Baehrens cum testimonio quod de elegiis in Maecenatem habemus in codd. tribus recentibus (v. vol. I$^2$ p. 19) *inuenta ab Henoc in Dacia.* sane non eo coniectando progredi licet ut credamus Henochum in Dania repperisse exemplar in quo consolatio cum his elegiis addito vero auctoris nomine cohaeserit: hoc a probabilitate longe abhorret, quia iam dudum carmina de Maecenate corpori Vergiliano addita (v. Sitz. Ber. Bayr. Akad. 1907, 3, 341) et consolationi nomen Ovidi praefixum erat: tamen potest Henoch invenisse codicem miscellaneum, in quo haec tria carmina licet seiuncta extabant.

hoc autem certissimum est ad nos non pervenisse nisi unicum exemplar, codicem mihi fingo Carolinum, consolationis indeque pendere omnem memoriam nostram. in recensendo carmine quantum vix alias erravit Baehrens, qui ausus est docere editionem Romanam a. 1471 Ovidi principem integerrimum nobis extare testem. quod contra se habere egregie monstravit Car. Schenkl (Wiener Studien II 1880 p. 56—70, cf. et VII 1885 p. 339), qui primus codices quos par erat adhibuit publicavit, recte de eorum pretio iudicavit. a recta via deinde rursus aberravit Oldecop ponendo in HKε fluere puriorem memoriae fontem quam in ceteris codicibus, quorum numerum auxit adhibitis EF. Oldecopium refutavi ipse Sitz. Ber. l. l. p. 19 ss.

---

*cinis* 163 et *voltus* 260, rarae elisiones durae (*deae inmitis* 375, *posito Agrippa* 69, *Nero inlacrimans* 289), verbum in fine pentametri longius solum *Pannonii* 390. de elisionibus in medio pentametro ab Ovidii arte alienis v. Sitz. Ber. l. l. p. 22 — vide etiam quae ad v. 246 adnotavi.

testes autem adsunt hi

A ($\alpha$ Schenkl) = Florenz Laur. 36, 2 saec. XV ex. fol. $241^R$—$247^V$, continens Ovidi opera cum appendice (v. Bandini catal. II p. 227 ss. A. Kunz, Ovidii lib. de med. fac. p. 16); contulit hic illic iam N. Heinsius, plene in usum Schenklii G. Vitelli

B ($\beta$) = Rom Vat. Vrb. 353 scriptus post a. 1474 fol. $59^R$—$67^V$, descriptus a Curcio PLM. II 1 p. VI ss., plenius a Schenklio p. 66, nunc v. catal. I p. 325; contulit in usum Schenklii A. Mau; de tempore cf. Oldecop p. 8

C ($\gamma$) = London mus. Brit. add. 11973 (Butler) saec. XV ex. fol. $108^R$—$118^V$; in usum Schenklii contulit H. Sedlmayer

D = Rom Vat. Ottob. 1469 saec. XV ex. fol. 50—61; collationem Augusti Mau publici iuris fecit Schenkl Wien. Stud. VII 339—341

E = Oxford Bodl. auct. F 1, 18 a. 1483 fol. 109—123; descripsit H. Schenkl, bibl. patr. lat. Brit. n. 809; in usum Oldecopii contulit C. Clark

F = Rom Vat. reg. 1621 a. 1493 fol. 1—16 (nihil praeter consol. continet); in usum Oldecopii contulit G. Pasquali. descriptus videtur ex editione Ovidi Veneta 1492, v. Oldecop p. 20 not. 1

H ($\delta$) = Dresden bibl. reg. Dc 147 saec. XV ex. fol. $141^R$ ss.: v. Schnorr, catalog. I p. 322, Oldecop p. 10; contulerunt Haupt et Oldecop

K = cod. Combianus Heinsii, ‘quorum altero heredes Combiani Venetiis me donaverunt’ ab eo laudatus ad v. 103. 125. 134. 141. 172. 218. 222. 349. 387. 393. 403. 423. 445; periisse videtur

*flor.* = florilegium confectum a. 1468 a Bartholomaeo della Fonte (Fonzius) servatum Florentiae in bybl. Riccard. cod. 152, quod fol. $167^V$ cum titulo *Ex Consolatione Ouidii ad Liviam de morte Drusi* tradit vv. 9—10. 347. 357—62. 369—74. 427. 428. 443—4 sumptos ex codice aliquo interpolato (v. var. ad v. 9 et 347): cf. Sabbadini, Rivista di filol. XXVIII 1900 p. 293; Lasinio, Studi ital. di filol. class. IX 1901 p. 204; Oldecop p. 34 s

$\varepsilon$ = editio princeps Ovidi Romana a. 1471 (Hain 12137): contulerunt Baehrens et Schenkl

$\zeta$ = editio Ovidi Veneta a. 1474 (Hain 12138)

de ceteris codicibus praeter AK ab Heinsio adhibitis post Schenklium (p. 57 not. 1) diligenter egit Oldecop p. 29 ss.; sunt Neapolitanus quidam (idem atque E?) et Romanus, quae autem Heinsius ex iis affert nullius preti sunt. — ex codice aliquo deperdito versus 319—320 affert Francesco Filelfo in epistula a. 1473: v. Sabbadini studi ital. V 1897, 372.

nec posteriores pleraeque editiones multum conferunt ad emen-

danda verba carminis: dignae quae memorentur sunt hae (cf. Oldecop. p. 10s.)

Aldina a. 1516 cum notis criticis Andreae Navagero (Naugerii), in qua multa egregie correcta sunt

Francofurtana ʽex postrema Iacobi Micylli (Molsheim) Recognitioneʼ, usus sum exemplari a. 1579

editio N. Heinsii a. 1652; eius notas sumpsi ex commentariis in P. Ovidii Nasonis opera omnia cur. Ioh. Frider. Fischer, Lipsiae 1758 vol. I p. 393—406

utilem collectionem adnotationum priorum habes in editione P. Burmanni (Ovidii opera omnia, Amstelodami 1727) vol. I p. 795 ss., alios libros in quibus de singulis consolationis locis agitur enumeravit Oldecop p. 52 s.

ego novos codices non inveni neque operae pretium duxi iterum conferre qui iam collati erant quia faciles lectu omnes sunt neque ullo loco mihi dubitandum erat quid sit traditum. rarissime erratum est in Schenklii apparatu (p. 58 ss.: ad v. 42 lege: *iam* ς, 80 *erat* γ, 116 *gravibus* ε, 173 *dicuntur* ε, 403 *Grais* Combianus), saepius in apparatu Oldecopii. neque ego repetivi omnes sordes ex singulis codicibus editionibusve: satis duxi plene indicare quid traditum, quid correctum sit. in universum moneo me reddidisse carmini contra codices orthographiam aevi Augustei, nam quod in ε saepius leguntur *quom quoi quor,* haec non tradita sunt sed ad libitum editoris restituta.

[recensionem absolvi a. 1916.]

Visa diu felix, ʽmaterʼ modo dicta ʽNeronumʼ,
  iam tibi dimidium nominis huius abest,
iam legis in Drusum miserabile, Livia, carmen,
  unum qui dicat iam tibi ʽmaterʼ habes,
nec tua te pietas distendit amore duorum,
  nec posito fili nomine dicis ʽuter?ʼ.
et quisquam leges audet tibi dicere flendi?
  et quisquam lacrimas temperat ore tuas?

---

3 *Verg. georg. 4, 514* miserabile carmen (Ov. v. ad Priap. 68, 15)
7 *Stat. silv. 5, 5, 60* qui dicere legem fletibus aut fines audet censere dolendi

---

*titulus:* Publii Ovidii Nasonis (poetae *add.* Eεζ, poetae praestantiss. B) consolatio ad Liviam Augustam de morte Drusi Neronis filii eius (*om.* B) qui in Germania morbo periit O (*cf. subscriptionem in* C), P. Ovidii Nasonis ad Liviam de morte Drusi H 3 miserabile BHε, mirabile ACDEFζ 5 te O, se *Heins*
7 *et* 8 Et quisquam O, Ecquisquam A

ei mihi, quam facile est (quamvis hic contigit omnes),
alterius luctu fortia verba loqui.
scilicet: 'exiguo percussa es fulminis ictu,
fortior ut possis cladibus esse tuis'.
occidit exemplum iuvenis venerabile morum:
maximus ille armis, maximus ille toga.
ille modo eripuit latebrosas hostibus Alpes
et titulum belli dux duce fratre tulit.
ille genus Suevos acre indomitosque Sicambros
contudit inque fugam barbara terga dedit
ignotumque tibi meruit, Romane, triumphum,
protulit in terras imperiumque novas.
solvere vota Iovi fatorum ignara tuorum,
mater, et armiferae solvere vota deae
Gradivomque patrem donis implere parabas
et quoscunque coli est iusque piumque deos,
maternaque sacros agitabas mente triumphos,
forsitan et curae iam tibi currus erat.
funera pro sacris tibi sunt ducenda triumphis
et tumulus Drusum pro Iovis arce manet.
fingebas reducem praeceptaque mente fovebas
gaudia et ante oculos iam tibi victor erat:
'iam veniet, iam me gratantem turba videbit,
iam mihi pro Druso dona ferenda meo.
obvia progrediar felixque per oppida dicar
collaque et osque oculos⟨que⟩ illius ore premam.
talis erit, sic occurret, sic oscula iunget,
hoc mihi narrabit, sic prior ipsa loquar.'
gaudia magna foves: spem pone, miserrima, falsam;
desine de Druso laeta referre tuo.

---

14 *Ov. Pont. 2, 1, 61* iuvenum belloque togaque maxime 24 *Ov. epist. 8, 4* iusque piumque *(ars 1, 200)* 36 *Verg. Aen. 9, 319* prior ... sic ... locutus *(Ov. epist. 12, 72)*

---

9 quamuis O, quoiuis ε, cuicunque H, quantumque *flor.* hic *Molsheim*, hoc O 11 es O, est $H^1ε$ 13 uenerabile O, memorabile A, mirabile C 24 est O, *om.* Hε 29 praeceptaque O, perc- CH 34 Collaque et osque oculos (os oculosque $Hε^1$, os oculos $ε^2$, hoc oculos *Heins*) O, Oscula dans oculos *Riese*, Osculaque atque oculos *Leo*; *cave* ore *etiam cum* colla *iungas* 37 magna O, vana *Nav*

Caesaris illud opus, voti pars altera vestri,
occidit: indignas, Livia, solve comas.
quid tibi nunc mores prosunt actumque pudice
omne aevom et tanto tam placuisse viro?
quidque pudicitia tantum † inviolata bonorum,
ultima sit laudes inter ut illa tuas?
quid, tenuisse animum contra sua saecula rectum,
altius et vitiis exeruisse caput,
nec nocuisse ulli et fortunam habuisse nocendi,
nec quenquam nervos extimuisse tuos,
nec vires errasse tuas campove forove
quamque licet citra constituisse domum?
nempe per hos etiam Fortunae iniuria mores
regnat et incerta est hic quoque nixa rota;
hic quoque sentitur: ne quid non improba carpat
saevit et iniustum ius sibi ubique facit.
scilicet immunis si luctus una fuisset
Livia, Fortunae regna minora forent.
quid si non habitu sic se gessisset in omni,
ut sua non essent invidiosa bona?
Caesaris adde domum, quae certe, funeris expers,
debuit humanis altior esse malis.
ille vigil, summa sacer ipse locatus in arce,
res hominum ex tuto cernere dignus erat,
nec fleri ipse suis nec quenquam flere suorum
nec, quae nos patimur volgus, et ipse pati —
vidimus erepta maerentem stirpe sororis:

39 *Eleg. Maec. 2, 6* Caesaris illud opus *Drusus, cf. Ov. met. 15, 571 — Ov. fast. 5, 459* en ego dimidium vestri parsque altera voti 40 *Ov. am. 3, 9, 3* indignos, Elegeia, solve capillos 42 *Ov. trist. 2, 140* tanto displicuisse viro 46 *Ov. fast. 1, 299* vitiisque locisque altius humanis exeruisse caput 47 s. *cf. Eleg. Maec. 1, 15 s* 49 *Ov. am. 3, 8, 57* campusque forumque

39 voti *Heins*, veluti O 42 tam *Heins*, iam O 43 *ut supra* O, Quodque p. est t. i. bonarum H; *solent mutare* inviolata, *ut* cumulasse *Mo*, involvisse *Bae*, est tantum cumulata *Haupt*, in tantum *(sic iam Pithou)* collata *Leo; vide an sufficiat* in tanto inviolata 48 nervos *i. vires opes* 50 *intellege: et (te continendo) citra quam licebat (cf. Thes. 3, 1203, 40) nihil fecisse nisi constituisse domum (ut matrem familias); cf. Prop. 3, 9, 2* 53 ne *O*, neu *Heins* 61 ipse O, ille *Heins* 65 stirpe *Marcello*

luctus, ut in Druso, publicus ille fuit;
condidit Agrippam quo te, Marcelle, sepulcro,
et cepit generos iam locus ille duos;
vix posito Agrippa tumuli bene ianua clausa est,
percipit officium funeris ecce soror.
ecce ter ante datis iactura novissima Drusus
a magno lacrimas Caesare quartus habet.
claudite iam, Parcae, nimium reserata sepulcra,
claudite: plus iusto iam domus ista patet.
cedis, et incassum tua nomina, Druse, levantur
ultima: sit fati haec summa querela tui.
iste potest implere dolor vel saecula tota
et magni luctus obtinuisse locum.
multi in te amissi nec tu, tot turba bonorum,
omnis quoi virtus contigit, unus eras.
nec genetrice tua fecundior ulla parentum,
tot bona per partus quae dedit una duos.
heu, par illud ubi est totidem virtutibus aequom
et concors pietas nec dubitatus amor?
vidimus attonitum fraterna morte Neronem
pallida promissa flere per ora coma
dissimilemque sui, voltu profitente dolorem:
ei mihi, quam toto luctus in ore fuit.
tu tamen extremo moriturum tempore fratrem
vidisti, lacrimas vidit et ille tuas
affigique suis moriens tua pectora sensit
et tenuit voltu lumina fixa tuo,

---

86 *Ov. trist. 4, 2, 34* Squalida promissis qui tegit ora comis *cf. 1, 3, 90 et v. 295* 87 *Ov. met. 11, 273* dissimilisque sui fratrem lugebat ademptum

---

69 *iunge* vix bene *cf. Thes. 2, 2125, 29* 70 Percipit *Lip,* Perficit O soror *Octavia* 71 datis *lacrimis* 73 s reserare s. Parcite H 74 domus *mausolaeum* 75 incassum O, in longum C²Hε, ut incassum ... legantur *Heins; v. Sitz. Ber. 1918, 20 s.* 76 haec O, *male delevit* ε summa *i. vehementissima* 78 magni O, magnum Hε; *accipe de luctu publico cum supplicationibus ad omnia pulvinaria per complures dies, cf. v. 66* locum *in annalibus* 79 tu O, te B, cui (*et v. 80* erat) *Scaliger* turba *Scaliger,* uerba O 84 dubitatus A²Hε, -tur O 86 Pallida O, Squallida *Heins ex Ov.* promissa A²Hε, perm- O 88 ore *Rutgers,* orbe O

lumina caerulea iam iamque natantia morte,
  lumina fraternas iam subitura manus.
at miseranda parens suprema neque oscula legit,
  frigida nec fovit membra tremente sinu;
non animam apposito fugientem excepit hiatu
  nec sparsit caesas per tua membra comas.
raptus es absenti, dum te fera bella morantur,
  utilior patriae quam tibi, Druse, tuae.
liquitur, ut quondam zephyris et solibus ictae
  solvontur tenerae vere tepente nives.
te queritur casusque malos irrisaque † tales
  accusatque annos ut diuturna suos.
talis in umbrosis, mitis nunc denique, silvis
  deflet Threicium Daulias ales Ityn;
Alcyonum tales ventosa per aequora questus
  ad surdas tenui voce sonantur aquas;
sic plumosa novis plangentes pectora pennis
  Oeniden subitae concinuistis aves;
sic flevit Clymene, sic et Clymeneides, alte
  quom iuvenis patriis excidit ictus equis.
congelat interdum lacrimas duratque tenetque
  suspensasque, oculis fortior, intus agit:
erumpunt iterumque lavant gremiumque sinusque,
  effusae gravidis uberibusque genis.

---

95—98 *cf. Sen. dial. 6, 3, 2* 104 *Ov. trist. 5, 5, 24* consumatque annos, sed diuturna, suos 106 *Epist. Sapph. 154* concinit Ismarium Daulias ales Ityn 110 *Ov. am. 3, 12, 2* omina non albae concinuistis aves?

---

93 iam iamque O, iam iam B, iam tum H natantia ε, nutantia O, micantia B 95 legit *Heins,* figit (fingit C, fiegit ζ, fregit ε) O, sumpsit H 96 fouit *Mo,* mouit O 98 sparsit *Leo et Dal Zotto,* traxit O, stravit *Bae* cesas A, c(a)ecas O, sectas *Lip* per O, in H 101 zephiris (ce- ε) B ε, -rus O 103 *ut supra* O (tales *ex v. 105 vel 107*), casusque etiam derisa malignos HK; c. m. irrisaque uota *optime Heins,* c. m. atque irrita uota *Bent* 104 Accusatque B $C^2$ H ε, -antque O 106 daulias $C^2$ H, daunias O 110 Oeniden A ε, -dem O 111 climeneides (cle- ε) B $C^2$ H ε, -dos O 112 excidit O, dec- H 114 intus *Heins,* ictus *(ex v. 112)* O; *cf. Sen. contr. exc. 3, 5. Sen. Herc. f. 1674 (et 1285). Ov. epist. 11, 54. Stat. Theb. 5, 654. Sil. 12, 594* 115 lauant *Bur,* grauant O (*ex* grauidis) gremiumque *Nav,* gemitumque O 116 grauidis O, grauibus ε

in vires abiit flendi mora: plenior unda,
  defluit exigua siqua retenta mora.
tandem ubi per lacrimas licuit, sed flebilis, orsa est
  singultu medios impediente sonos:
‘nate, brevis fructus, duplicis sors altera partus,
  gloria conspectae, nate, parentis, ubi es?
sed neque iam ‘duplicis’ nec iam ‘sors altera partus’,
  gloria conspectae nunc quoque matris, ubi es?
heu, modo tantus, ubi es? tumulo portaris et igni.
  haec sunt in reditus dona paranda tuos?
sicine dignus eras oculis occurrere matris?
  sic ego te reducem digna videre fui?
Caesaris uxori si talia dicere fas est,
  iam dubito, magnos an rear esse deos.
nam quid ego admisi? quae non ego numina cultu,
  quos ego non potui demeruisse deos?
hic pietatis honos? artus amplector inanis:
  evocat hos ipsos flamma rogusque suos.
tene ego sustineo positum scelerata videre?
  tene meae poterunt ungere, nate, manus?
nunc ego te infelix summum teneoque tuorque
  effingoque manus oraque ad ora fero?
nunc primum aspiceris consul victorque parenti?
  sic mihi, sic miserae nomina tanta refers?
quos primum vidi fasces, in funere vidi,
  et vidi eversos indiciumque mali.
quis credat? matri lux haec carissima venit,
  qua natum in summo vidit honore suom?

---

120 = *Ov. trist. 1, 3, 42* 130 *cf. v. 194 Ov. am. 3, 9, 36* 133 *Verg. Aen. 1, 253* hic pietatis honos? 138 *Ov. epist. 19, 134* effingoque manus

---

117 *post* unda *distinxi*; *v. Sitz.-Ber. 1918, 22* 119 sed O, sic A est O, *om.* ε 122. 123 *om.* CDH 122 *et* 124 conspecte ε, confect(a)e O 123 nec O, neque A 125 *ut supra* O, Qui modo tantus eras HK 127 matris O, nostris ε 131 non ego Hε, ego non O amplector O, compl- H 134 Evocat *ex amplexu meo* suus (sinus H *margo et* K) O, suos *(acc.) Mo; ego pro nom. habeo: flamma et rogus artubus parata* 138 Effingoque *Heins ex nescio qua ed. vetere (cf. Ov.)*, Affigoque O 141 quos $C^2$HKε, quo O 142 euersos O *(cf. v. 177* fractis *et Ov. am. 3, 9, 7)*, inversos *Lip* 143 carissima O, durissima *Heins; ego post v. 144 signum interrogationis posui*

iamne ego non felix? iam pars mihi rapta Neronum,
materni celeber nomine Drusus avi?
iamne meus non est nec me facit ille parentem?
iamne fui Drusi mater et ipse fuit?
nec quom victorem referetur adesse Neronem,
dicere iam potero "maior an alter adest?"?
ultima contigimus: ius matris habemus ab uno,
unius est munus quod tamen orba negor.
me miseram, extimui frigusque per ossa cucurrit:
nil ego iam possum certa vocare meum.
hic meus ecce fuit: iubet hic de fratre vereri;
omnia iam metuo: fortior ante fui.
sospite te saltem moriar, Nero: tu mea condas
lumina et excipias hanc animam ore pio.
atque utinam Drusi manus altera et altera fratris
formarent oculos comprimerentque meos.
quod licet, hoc certe tumulo ponemur in uno,
Druse, neque ad veteres conditus ibis avos;
miscebor cinerique cinis atque ossibus ossa:
hanc lucem celeri turbine Parca neat.'
haec et plura refert. lacrimae sua verba sequontur
oraque nequiquam per modo questa fluont.
quin etiam corpus matri vix vixque remissum
exequiis caruit, Livia, paene suis.
quippe ducem arsuris exercitus omnis in armis,
inter quae periit, ponere certus erat:
abstulit invitis corpus venerabile frater
et Drusum patriae quod licuitve dedit.
funera ducuntur Romana per oppida Drusi,
(heu facinus) per quae victor iturus erat,
per quae deletis Raetorum venerat armis:

---

165 *Ov. epist. 14,67* lacrimae sua verba sequontur

---

145 non O, sum ε 149 referetur Hε, -atur O 152 negor *scil. esse* 162 *non sepelieris inter Claudios, sed in Iuliae gentis mausoleo, quo et ego velim mox condar* 163 atque O, simul H 166 nequiquam H, nequicquam O per O, sic H 167 uix uixque O, tibi iure H 170 quae periit *Rutgers*, quaeque ruit (ruens H) O 171 uenerabile O, miserabile A 172 patriae C²HKε, prim(a)e O (*ex* prĩae) ve *Vollmer*, que O; *Drusum vel potius corpus eius* 174 erat O, eras A 175 rhetorum O, rethorum A, rectorum H

ei mihi, quam dispar huic fuit illud iter.
consul init fractis maerentem fascibus Vrbem:
quid faceret victus, sic ubi victor init?
maesta domus plangore sonat, quoi figere laetus
parta sua dominus voverat arma manu.
Vrbs gemit et voltum miserabilis induit unum:
gentibus adversis forma sit illa, precor.
incerti clauduntque domos trepidantque per Vrbem,
hic illic pavidi clamque palamque dolent.
iura silent mutaeque tacent sine vindice leges;
aspicitur toto purpura nulla foro.
dique latent templis neque iniqua ad funera voltus
praebent nec poscunt tura ferenda rogo:
obscuros delubra tenent; pudet ora colentum
aspicere invidiae, quam meruere, metu.
atque aliquis de plebe pius pro paupere nato
sustulerat timidas sidera ad alta manus,
iamque precaturus 'quid ego autem credulus' inquit
'suscipiam in nullos irrita vota deos?
Livia, non illos pro Druso Livia movit,
nos erimus magno maxima cura Iovi?'
dixit et iratus vota insuscepta reliquit
duravitque animum destituitque preces.
obvia turba ruit lacrimisque rigantibus ora
consulis erepti publica damna refert.
omnibus idem oculi, par est concordia flendi:
funeris exequiis adsumus omnis eques,
omnis adest aetas, maerent iuvenesque senesque,
Ausoniae matres Ausoniaeque nurus.
auctorisque sui praefertur imagine maesta
quae victrix templis debita laurus erat.

---

185 s *cf. Lucan. 2, 17 s. 5, 30 s* 187 s *cf. Ov. fast. 2, 561 s* 194 *cf. ad v. 130* 204 *Ov. trist. 2, 23* Ausonias ... matresque nurusque. *Epist. Sapph. 54* Nisiades matres Nisiadesque nurus

---

177 Consul init C$^{2}$H$\varepsilon$, Consuluit (-lunt B$^{1}\zeta$) O 178 *ut supra* O, uictus qui modo uictor erat H 183 trepidantque *Old*, strepitantque O 185 tacent O, iacent *Heins* 189 Obscuros *deos* 193 autem H$\varepsilon$, aut (haud A) O 194 nullos *qui nulli sunt v. v. 130* 195 *anaphorae forma eadem eleg. Maec. 1, 19 cf. et 1, 44. 137* 201 flendi O, flentis D 202 adsumus (-is $\zeta$) O, adstitit A

certat onus lecti generosa subire iuventus
et studet officio sedula colla dare.
et voce et lacrimis laudasti, Caesar, alumnum,
tristia cum medius rumperet orsa dolor.
tu letum optasti, dis aversantibus omen,
par tibi, si sinerent te tua fata mori.
sed tibi debetur caelum, te fulmine pollens
accipiet cupidi regia magna Iovis.
quod petiit tulit ille, tibi ut sua facta placerent,
magnaque laudatus praemia mortis habet.
armataeque rogum celebrant de more cohortes:
has pedes exequias reddit equesque duci.
te clamore vocant iterumque iterumque supremo;
at vox adversis collibus icta redit.
ipse pater flavis Tiberinus adhorruit undis,
sustulit et medio nubilus amne caput.
tum salice implexum muscoque et arundine crinem
caeruleum magna legit ab ore manu
uberibusque oculis lacrimarum flumina misit:
vix capit adiectas alveus altus aquas.
iamque rogi flammas extinguere fluminis ictu,
corpus et intactum tollere certus erat
(sustentabat aquas cursusque inhibebat ⟨ad⟩ aequor,
ut posset toto proluere amne rogum),
sed Mavors, templo vicinus et accola Campi,
tot dixit siccis verba neque ipse genis:
'quamquam amnes decet ira, tamen, Tiberine, quiescas:
non tibi, non ullis vincere fata datur.
iste meus periit, periit arma inter et enses
et dux pro patria: funera causa † latet.

---

211 s *cf. Suet. Claud. 1, 5* 226 *Ov. am. 3, 6, 86* nec capit admissas alveus altus aquas

---

207 lecti *Nav*, luctu O 210 orsa A, ossa O, ora H 211 auersantibus C, adu- O 215 Quod Hε, Quid O tulit *Mo*, uult O 218 Has *Bae*, Ast O, At HK, Ac *Pithou* 221 adhorruit O, abh- AH 222 Su(b)stulit e (et ε) O, Et tulit e HK nubilus BCHε, nubibus O 224 C(a)eruleum O, -leo *Mo* 227 ictu O, auctu *Rutgers*, actu *Heins* ad aequor *Heins*, equorum (equor C) O 232 Tot O, Haec *Bae*, *at cf. v. 446* 233 amnes O, nos *Leo*, *at doctrinam prae se fert alludendo ad Hom. Il. 21, 212 χωσάμενος al.; v. Sitz. Ber. 1918, 22* 236 latet O *cor-*

quod potui tribuisse, dedi: victoria parta est:
  auctor abit operis, sed tamen extat opus.
quondam ego tentavi Clothoque duasque sorores,
  pollice quae certo pensa severa trahunt,
ut Remus Iliades et frater conditor Vrbis
  effugerent aliqua stagna profunda via.
de tribus una mihi "partem accipe quae datur" inquit
  "muneris. ex istis quod petis alter erit.
hic tibi, mox Veneri Caesar promissus uterque:
  hos debet solos Martia Roma deos."
sic cecinere deae: nec tu, Tiberine, repugna
  irrite nec flammas amne morare tuo
nec iuvenis positi supremos destrue honores.
  vade age et immissis labere pronus aquis.'
paret et in longum spatiosas explicat undas
  structaque pendenti pumice tecta subit.
flamma diu cunctata caput contingere sanctum
  erravit pósito lenta sub usque toro.
tandem ubi complexa est silvas alimentaque sumpsit,
  aethera subiectis lambit et astra comis,
qualis in Herculeae colluxit collibus Oetae,
  quom sunt imposito membra cremata deo.
uritur heu decor ille viri generosaque forma
  et facilis voltus, uritur ille vigor
victricesque manus facundaque principis ora
  pectoraque, ingenii magna capaxque domus.
spes quoque multorum flammis uruntur in isdem;
  iste rogus miserae viscera matris habet.

---

241 *Ov. am. 3, 4, 40* Romulus Iliades Iliadesque Remus 250 *Ov. am. 1, 8, 50* celer admissis labitur annus equis 252 *Ov. met. 8, 562* pumice ... atria ... structa subit

---

*ruptum;* beat *vel* sacrat *nimis longe absunt a litteris traditis,* levat *Ziehen,* levet *Ehwald*; funere causa patet *Cuypers; an* funere causa *(i. Roma cf. 270. 458)* iacet?

240 *ut supra* O, Impia (Inuida *Heins*) quae certo pollice pensa trahunt H$\varepsilon$ 242 stagna profunda *Stygia* 246 *omnino vivo Augusto conscriptus: divus Iulius morte, Augustus vivus deus factus* 248 Irrite *(voc.) Nav,* Irrita O 251 explicat (-it $\varepsilon$) O, inrigat C 252 Structaque H$\varepsilon$, Strictaque O 254 sub *Nav,* sibi O 256 subiectis O *recte (cf. Lucil. 78 Verg. buc. 10, 74. georg. 4, 385),* subuectis *Bent.,* subrectis *Bae* 260 facilis O, -les $\varepsilon$, graciles *Francius*

facta ducis vivent operosaque gloria rerum:
haec manet, haec avidos effugit una rogos.
pars erit historiae totoque legetur in aevo
seque opus ingeniis carminibusque dabit.
stabis et in rostris tituli speciosus honore
causaque dicemur nos tibi, Druse, necis.
at tibi ius veniae superest, Germania, nullum:
postmodo tu poenas, barbare, morte dabis.
aspiciam regum liventia colla catenis
duraque per saevas vincula nexa manus
et tandem trepidos voltus inque illa ferocum
invitis lacrimas decidere ora genis.
spiritus ille minax et Drusi morte superbus
carnifici in maesto carcere dandus erit.
consistam lentisque oculis laetusque videbo
strata per obscaenas corpora nuda vias.
hunc Aurora diem spectacula tanta ferentem
quam primum croceis roscida portet equis!
adice Ledaeos, concordia sidera, fratres
templaque Romano conspicienda foro
(quam parvo numeros implevit principis aevo,
in patriam meritis occubuitque senex!)
nec sua conspiciet (miserum me) munera Drusus
nec sua prae templi nomina fronte leget.
saepe Nero inlacrimans summissa voce loquetur
'quor adeo fratres heu sine fratre deos?'
certus eras numquam nisi victor, Druse, reverti;

---

265 *Ov. epist. 2, 63* operosa ... gloria 266 *Ov. trist. 3, 3, 60* effugietque avidos ... rogos 281 *Tib. 1, 3, 93* hunc illum nobis Aurora nitentem Luciferum roseis candida portet equis. *Ov. am. 2, 11, 55* haec mihi quam primum ... Lucifer admisso tempora portet equo 284 *Ov. trist. 5, 552* templaque in Augusto conspicienda foro

---

269 Stabis O, -it B: *habebis statuam et elogium cf. CIL I $1^2$ p. 187* 270 *cf. 458* 271 ius O, uis ($C^1$*?*)ζ 279 lentisque *Heins,* laetisque O 280 Stata O. Fracta B 281 tanta O, laeta A 283 Adice *ad eos honores, qui usque ad v. 270 enumerati sunt, adde templum Castorum v. Sitz.-Ber. 1918, 10 s* 286 meritis *iunge cum* senex, *cf. v. 448* 288 prae O, pro *cod. Romanus Heinsii* 289 illacrimans *Mo,* in (*om.* H) lac(h)rymas O, illacrimas F

haec te debuerant tempora: victor eras.
consule nos, duce nos, duce iam victore caremus:
invenit tota maeror in Vrbe locum.
at comitum squalent immissis ora capillis,
infelix, Druso sed pia turba suo.
quorum aliquis tendens in te sua bracchia dixit
'quor sine me, quor sic incomitatus abis?'
quid referam de te, dignissima coniuge Druso
atque eadem Drusi digna parente nurus?
par bene compositum: iuvenum fortissimus alter,
altera tam forti mutua cura viro.
femina tu princeps, tu filia Caesaris illi
nec minor es magni coniuge visa Iovis.
tu concessus amor, tu solus et ultimus illi,
tu requies fesso grata laboris eras.
te moriens per verba novissima questus abesse
et mota in nomen frigida lingua tuom.
infelix recipis non quem promiserat ipse,
nec qui missus erat, nec tuos ille redit,
nec tibi deletos poterit narrare Sicambros,
ensibus et Suevos terga dedisse suis
fluminaque et montes et nomina magna locorum
et siquid miri vidit in orbe novo.
frigidus ille tibi corpusque refertur inane,
quemque premat sine te sternitur ecce torus.
quo raperis laniata comas similisque furenti?
quo ruis? attonita quid petis ora manu?
hoc fuit Andromache, cum vir religatus ad axem

295 *Ov. trist. 1, 3, 90* squalidus inmissis hirta per ora comis *v. ad v. 86* 301 *Ov. met. 4, 55* iuvenum pulcherrimus alter, altera ... praelata puellis 302 *Ov. fast. 2, 730* ecquid coniugibus nostris mutua cura sumus?

292 debuerant *referre ex hostibus* 294 tota H, in (et A) tota (rota D) O, en tota *Heins* 299 druso O, bruto H, *cf. codd. eleg. Maec. 2, 4* 300 nurus *Antonia,* parente *Livia* 302 tam *Heins,* iam O: *sententia elumbis, hoc rhetore digna* 304 uisa H$\varepsilon$, iussa O 307 per H$\varepsilon$, pro O; *ob caesuram* questus *post* moriens *transponi iussit Leo* 308 mota in (motam CDEζ) O, mota ad A 312 sueuos O, saeuos C, suetos D 319 *et* 321 Hoc fuit O, *quod non intellegitur nisi si conicis excidisse distichon in quo legebatur* voltus *vel* animus *sim. nec mihi pla-*

terruit admissos sanguinolentus equos.
hoc fuit Euadne tunc cum ferienda coruscis
fulminibus Capaneus impavida ora dedit.
quid mortem tibi maesta rogas amplexaque natos
pignora de Druso sola relicta tenes
et modo per somnos agitaris imagine falsa
teque tuo Drusum credis habere sinu
et subito temptasque manu sperasque receptum,
quaeris et in vacui parte priore tori?
ille pio, si non temere haec creduntur, in arvo
inter honoratos excipietur avos,
magnaque maternis maioribus, aequa paternis
gloria quadriiugis aureus ibit equis,
regalique habitu curruque superbus eburno
fronde triumphali tempora vinctus erit.
accipient iuvenem Germanica signa ferentem,
consulis imperio conspicuomque decus
gaudebuntque suae merito cognomine gentis,
quod solum domito victor ab hoste tulit.
vix credent tantum rerum cepisse tot annos,
magna viri latum quaerere facta locum.
haec ipsum sublime ferent, haec, optima mater,
debuerint luctus attenuare tuos.
femina digna illis quos aurea condidit aetas,
principibus natis, principe digna viro,
quid deceat Drusi matrem matremque Neronis
aspice, quo surgas, aspice, mane toro.

---

320 *Ov. epist. 1,36* hic lacer admissos terruit Hector equos 330 *Prop. 4,11,102* quoius honoratis ossa vehantur avis 332 *Ov. ars 1,214* quattuor in niveis aureus ibis equis

---

*cent conamina priorum;* Andromachae (ζ) *et* Euadnae (A) *legit Filelfo,* Haec fuit -e *Mähly,* Sic fuit -e *Bae, qui et* Hoc facit -e (*quo melius esset* Sic furit -e). *sufficitne* Hac (*scil.* manu) fuit -e*?* 319 axem Aζ, axes O

321 ferienda O, furibunda ε 325 *cf. Vollmer ad Stat. silv. 2,7,124* 338 solum O, solus *Heins*; *at dicit non praedam, non triumphum, solum cognomen ab hoste reportasse Drusum*

339 tot *tam paucos* 340 uiri O, rati *Haupt non agnita figura sermonis* (*ad* quaerere *subaudi* credent) 343 quos O *i. heroas,* quas *Mo* condidit *(i. sepelivit)* O, prodidit *Ruhnken*

non eadem volgusque decent et lumina rerum:
  est quod praecipuom debeat ista domus.
imposuit te alto Fortuna locumque tueri
  iussit honoratum: Livia, perfer onus.
ad te oculos auresque trahis, tua facta notamus,
  nec vox missa potest principis ore tegi.
alta mane supraque tuos exurge dolores
  infragilemque animum, quod potes, usque tene.
an melius per te virtutum exempla petemus,
  quam si Romanae principis edis opus?
fata manent omnis, omnis expectat avarus
  portitor et turbae vix satis una ratis.
tendimus huc omnes, metam properamus ad unam,
  omnia sub leges Mors vocat atra suas.
. . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . .
. . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . .
esse necem intentam caelo terraeque fretoque
  casurum‹que› triplex vaticinatur opus:
i nunc et rebus tanta impendente ruina
  in te solam oculos et tua damna refer.
maximus ille quidem iuvenum spes publica vixit
  et qua natus erat gloria summa domus;
sed mortalis erat: nec tu secura fuisti
  fortia progenie bella gerente tua.
vita data est utenda, data est sine faenore nobis
  mutua nec certa persoluenda die.

---

359 *Ov. met. 10, 33* sedem properamus ad unam. tendimus huc omnes *(cf. Lucr. 6, 26)* 361—364 *cf. Sen. dial. 11, 1, 2* 362 *Ov. trist. 2, 425* Lucretius . . . casurumque triplex vaticinatur opus 369 *Lucr. 3, 971* vitaque mancipio nulli datur, omnibus usu

---

347 decent O, petunt H lumina O *(cf. ex. gr. Verg. Aen. 11, 349. Liv. 1, 39, 3, etiam v. 410)*, culmina *Scaliger*; limina regum *flor.* 349 alto (*scil.* loco) O, alte Hε tueri HKε, teneri (-re AB) O 354 quod Hε, quo O 355 per te O, certe *Bae*, vitae *Leo*; *sensus est: aegre credo nos ex tua sententia melius aliter virtutis fines petituros quam spectantes id opus quod tu edis dignum principe Romana* 356 Quam si O, Quin tu ε *post* 360 *excidisse opinor distichon, quo indicatus erat Lucretius, id quod Ovidi imitatio certum reddit: v. Sitz.-Ber. 1918, 12 s*
361 Esse *Vollmer,* Ecce O uaticinatur O, -antur *Heins*; *cf. Lucr. 5, 92—95* 362 que *add. Heins ex Ov., om.* O 366 Et O, Ex ε; Quantus erat uestrae gloria H 367 erat O, erit Eζ
369 *cf. Heinze ad Lucr. 3, 971*

fortuna arbitriis tempus dispensat iniquis:
  illa rapit iuvenes, sustinet illa senes,
quaque ruit furibunda ruit totumque per orbem
  fulminat et caecis caeca triumphat equis.
regna deae immitis parce irritare querendo,
  sollicitare animos parce potentis erae.
quae tamen hoc uno tristis tibi tempore venit,
  saepe eadem rebus favit amica tuis.
nata quod alte es quodque es fetibus aucta duobus,
  quodque etiam magno consociata Iovi,
quod semper domito rediit tibi Caesar ab orbe,
  gessit et invicta prospera bella manu,
quod spes implerunt maternaque vota Nerones,
  quod pulsus totiens hostis utroque duce —
Rhenus et Alpinae valles et sanguine nigro
  decolor infecta testis Isarcus aqua,
Danuviusque rapax et Dacius orbe remoto
  Apulus (huic hosti perbreve Pontus iter)
Armeniusque fugax et tandem Dalmata supplex
  summaque dispersi per iuga Pannonii
et modo Germanus Romanis cognitus orbis:
  aspice quam meritis culpa sit una minor.
adde quod est absens † foetus nec cernere nati
  semineces oculos sustinuere tui,
qui dolor et menti lenissimus influit aegrae,

371 *Anth. 629, 9* haec *(Fortuna)* aufert iuvenes ac retinet senes, iniusto arbitrio tempora dividens 372 *Eleg. Maec. 1, 7* illa rapit iuvenes ... sed repetitque senes 386 *Ov. trist. 4, 2, 42* decolor ipse suo sanguine Rhenus erat *cf. Pont. 3, 4, 108*

371 iniquis *Heins (cf.* iniusto *Anth.),* inique H$\varepsilon$, ubique (*i.* uuique) O 372 sustinet *(cf.* retinet *Anth.)* H$\varepsilon$, su(b)stulit O, fulminat *corr. in* substulit C[1] 376 herae O 379 alte (alta B[1]) es quodque (que *om.* A[1]) es O, *omnia in loco adraso* H, ex alto es quod *Nav,* en alte es quod *Heins* 382 Gessit *Mo,* Gestat O 385 Rhenus O, Rhaetus *vel* Oenus *Heins* 386 Isargus *Zeuß,* Itargus O 387 Dan(n)ubiusque O, -nuui- $\varepsilon$ rapax BCHK$\varepsilon$, capax ADEF$\zeta$ 388 Appulus O perbreue *Mo,* per breue O 389 dalmata O, delm- $\zeta$ 391 germanus AC, -ni O romanis O, -us B 392 quam O, quot *Heins* meritis culpa *Fortunae* 393 foetus O, functus AHK, raptus *vel* demptus *Bae; verum adhuc latet* 394 tui H$\varepsilon$ *et* B *margo,* tibi O 395 Qui dolor et O, Quique dolor et (et *del.* C[2]$\varepsilon$) BC$\varepsilon$ l(a)enissimus BCH$\varepsilon$, leu- O

accipere es luctus aure coacta tuos,
praevertitque metus per longa pericula luctum,
tu quibus auditis anxia mentis eras:
non ex praecipiti dolor in tua pectora venit,
sed per mollitos ante timore gradus.
Iuppiter ante dedit fati mala signa cruenti,
flammifera petiit cum tria templa manu:
Iunonisque gravis nocte impavidaeque Minervae
sanctaque et immensi Caesaris icta domus.
sidera quin etiam caelo fugisse feruntur,
Lucifer et solitas destituisse vias:
Lucifer in toto nulli comparuit orbe
et venit stella non praeeunte dies.
sideris hoc obitum terris instare monebat
et mergi Stygia nobile lumen aqua.
at tu, qui superes maestae solacia matri,
comprecor, illi ipsi conspiciare senex
perque annos diuturnus eas fratrisque tuosque
et vivat nato cum sene mater anus.
eventura precor: deus excusare priora
dum volet, a Druso cetera laeta dabit.
tu tamen ausa potes tanta indulgere dolori,
longius ut nolis (heu male fortis) ali?
vix etiam fueras paucas vitalis in horas,
obtulit invitae quom tibi Caesar opem
admovitque preces et ius immiscuit illis
aridaque affusa guttura tinxit aqua.
nec minor est nato servandae cura parentis:
hic adhibet blandas, nec sine iure, preces.

---

415 *Tib. 2, 1, 25* eventura precor

---

396 accipere es BHA², acciperes O 402 tria O, tua ε, sua *Cuypers* 403 que *prius om* H grauis H, Grais K, gradus ε, graui O nocte O, not(a)e HKε 404 que et O, quoque *Heins* et inmensi O, diuini H; inmensi *per figuram dictum de domo,* immeriti *Heins* domus *Nav,* manus O; domus Caesaris *est tertium templum* 408 praeeunte O, pere- B 409 obitum *Francius,* -tus O 410 lumen ε, numen O, nomen D 415 Euentura H, Et uentura O 416 uolet O, uelit ε a *i. post, v. Thes. I p. 38* 417 ausa O, usque *Heins* tanta (*iunge cum* ausa) *Vollmer,* tanto O, tantum *Bur* 419 Vix O, Quin H 424 nec O, sed *Ruhnken*

coniugis et nati meritum pervenit ad omnis;
  coniugis et nati, Livia, sospes ope es.
supprime iam lacrimas: non est revocabilis istis,
  quem semel umbrifera navita lintre tulit.
Hectora tot fratres, tot deflevere sorores
  et pater et coniux Astyanaxque puer
et longaeva parens: tamen ille redemptus ad ignes,
  nullaque per Stygias umbra renavit aquas.
contigit hoc etiam Thetidi: populator Achilles
  Iliaca ambustis ossibus arva premit.
illi caeruleum Panope matertera crinem
  solvit et immensas fletibus auxit aquas,
consortesque deae centum longaevaque magni
  Oceani coniux Oceanusque pater
et Thetis ante omnis: sed nec Thetis ipsa neque omnes
  mutarunt avidi tristia iura dei.
prisca quid huc repeto? Marcellum Octavia flevit
  et flevit populo Caesar utrumque palam.
sed rigidum ius est et inevitabile Mortis,
  stant rata non ulla fila tenenda manu.
ipse tibi emissus nebulosum litus Averni,
  si liceat, forti verba tot ore sonet:
'quid numeras annos? vixi maturior annis:
  acta senem faciunt: haec numeranda tibi,
his aevom fuit implendum, non segnibus annis:
  hostibus eveniat longa senecta meis.
hoc atavi monuere mei proavique Nerones
  (fregerunt ambo Punica bella duces),

---

425 *Ov. met. 13, 181* dolor unius Danaos pervenit ad omnes 433 *Ov. met. 12, 593* operis nostri populator Achilles 450 *Ov. am. 2, 10, 17* hostibus eveniat *(item ars 3, 247. Pont. 4, 6, 35)* vita severa meis

---

433 hoc H*ε*, h(a)ec O 439 nec AH*ε*, ne O neque O, nec H 441 huc O, haec A, hic *Bae* repeto O, reputo C 444 tenenda O, renenda *Saumaise, sed verbum fide caret, nusquam traditur* (teneri *et* tenebo *dant codd. Ov. fast. 6, 757 Stat. silv. 1, 4, 63. 3, 1, 171) neque imago admittit* 445 nebulosum litus O, nebulosi in (in *del. Heins*) littore HK; *v. Sitz.-Ber. 1918 p. 21* 446 Si H, Sic O tot *v. 232* 448. 449 *om.* B 450 meis *Scaliger*, metu O 451 *intellege Appium Claudium C. f. Caudicem (encycl. real. III 2692 n. 102) et C. Claudium Ti. f. Neronem (encycl. real. III 2774 n. 246)*

hoc domus ista docet, per te mea, Caesaris alti:
exitus hic, mater, debuit esse meus.
nec meritis (quamquam ipsa iuvant magis) afuit illis,
mater, honos: titulis nomina plena vides.
consul et ignoti victor Germanicus orbis,
quoi fuit heu mortis publica causa, legor.
cingor Apollinea victricia tempora lauro
et sensi exequias funeris ipse mei:
decursusque virum notos mihi donaque regum
cunctaque per titulos oppida lecta suos,
et quo me officio portaverit illa iuventus,
quae fuit ante meum tam generosa torum.
denique laudari sacrato Caesaris ore
emerui, lacrimas elicuique deo.
et quoiquam miserandus ero? iam comprime fletus.
hoc ego qui flendi sum tibi causa rogo.'
haec sentit Drusus, si quid modo sentit in umbra,
nec tu de tanto crede minora viro.
est tibi (sitque precor) multorum filius instar
parsque tui partus est tibi salva prior;
est coniux, tutela hominum, quo sospite vestram,
Livia, funestam dedecet esse domum.

---

453 *Eleg. Maec. 1, 13* Caesaris alti *(Ov. Pont. 2, 3, 63)* 462 *Ov. trist. 4, 2, 20* cumque ducum titulis oppida capta leget 466 *Prop. 4, 11, 60* et lacrimas vidimus ire deo 471 *Ov. epist. 1, 111* est tibi sitque precor natus *(Mart. 1, 108, 1)* 472 *Ov. Pont. 2, 8, 47* sic quem dira tibi rapuit Germania Drusum pars fuerit partus sola caduca tui

---

455 quamquam *Gronov*, quicquam O ipsa *Bae*, illa O affuit O 456 nomina O, omnia *Bur* 457 Consul et $C^2H\varepsilon$, Consulet (-lit $C^1$) O 458 Cui *Lip*, Qui O fuit heu O, fuerit *Bae*, fuit haec *Old*; *at* heu *reddit affectum in inscriptione expressum* causa *v.270* 461 notos mihi O, notorum *Bae* 462 Cunctaque O, Victaque *Heins*, Captaque *Bae* 466 Emerui $A^2$, Et merui O 467 Et cuiquam O, Eccuiquam A *v.v. 7.8* 472 est *Francius*, sit O, it *Heins* Publii Ovidii Nasonis Epistole consolatorie ad Liviam de morte Drusi Neronis filii eius qui in Germania morbo periit *subscripsit* C

# PRIAPEA

## CONSPECTVS CODICVM

A = codex Florentinus bybl. Laur. 33, 31 saec. XIV
B = archetypos codicum ceterorum, cuius exempla sunt
H = cod. Guelferbytanus 373 (Helmstad. 338) a. 1460
L = cod. Florentinus Laur. 39, 34 saec. XV medii
V = cod. Leidensis bibl. univ. Voss. 8⁰ 81 saec XV
*Wrat.* = cod. Wratislawiensis Rehd. 60 saec. XV
ζ = unus vel aliquot ex reliquis

editiones:

α = editio Vergilii s. l. et a. (Copinger III 6002)
φ = editio Veneta s. a. (Copinger III 6003)
ε = „ Aldina (1517) 1534
μ = „ Mogontiaca 1504

*Bae* = Baehrens
*Büch* = Bücheler
*Heins* = Heinsius
*Her* = Heraeus
*LMül* = Müller
*Scal* = Scaliger
*Vo* = Vollmer

de codicibus ad carm. 82 et 83 adhibitis v. p. 41.

Titulo quem dat codex A: *Diversorum auctorum priapeia* adornavit nescioquis Carolinus vel humanista collectionem carminum Priapeorum inventam in aliquo vetere nec tamen integro codice. ipsam autem collectionem fuisse antiquam demonstrant duo prooemia, quorum prius iam in Bissula imitatus est Ausonius, prooemia qualia bina Martialis interdum singulis praefixit libris (I III V XII XIV) vel etiam tria (XIII). neque absona hercle esset coniectura Martialem talia collegisse carmina et edidisse [1]): certe prius collecta esse non habemus quo evinca-

1) in prooemiis non inest cur neges Martialem posse panxisse; *ergo* 2, 9 pro spondeo habet idem 11, 75, 7; nec si aliquando dixerat *conveniens Latio pone supercilium* incredibile eundem post ausum esse *terrarum dominum pone supercilium.*

mus[1]). at ipsa carmina antiquiora sunt, vix Ovidio posteriora[2]), cui unum adscribit Seneca rhetor (v. ad 3, 8). atque revera magnam partem adscripta fuisse simulacris vel sacellis Priapi in hortis[3]) cultiorum hominum erectis mihi persuasit Bücheler (opusc. I 329) et optime illustrat exemplum Iul. Agathemeri, qui Tibure *somno monitus* Priapum ornatum tribus carminibus posuit temporibus impp. Maximini et Philippi (Carm. epigr. 1504 = CIL XIV 3565). quaerenti autem an plenus ad nos pervenerit collecticius horum carminum libellus, haud facile est respondere: deest sane epilogus, nec tamen certum est unquam adfuisse; excidisse carmina aliquot poteris divinare ex eo quod aliqua, in fine imprimis, lacera sunt[4]), non comprobare. Vergiliana Priapea (vol. I² p. 127—9) unquam in hoc libello recepta fuisse non credo: seorsum edita sunt fortasse ad calcem libelli Catalepton: certo enim consilio composita sunt (v. Sitz.-Ber. Bayr. Akad. 1907 III p. 355, 3) et metrum priapeum carminis tertii artificiosius est quam quod conveniat collectioni ex lapidibus collectae. nec magis Tibulli quae in codicibus ferebantur duo epigrammata (n. 82. 83) unquam recepta fuisse in florilegio Priapeorum videntur.[5])

---

1) quamquam mihi ordo carminum in hoc libello, in quo aequali vice inter se excipiunt disticha et phalaecii ita ut eiusdem metri carmina non iuncta sint nisi 14—15. 20—22. 25—26. 28—29. 34—35. 42—43. 44—46. 53—57. 67—68. 69—70. 71—74. 75—77, interpositi sint scazontes aptis intervallis 31. 36. 47. 51. 58. 63. 78. 79 — hic inquam ordo, qui facile comparatur cum dispositione iamborum Catulli et libelli Catalepton Vergiliani nec conspicitur in Martialis libris, mihi suadet ut credam Priapea haec congregata esse adhuc aevo Augusteo vel Tiberiano.

2) indicia metrica vel prosodiaca haec sunt: 4, 2 *dĭcans* (fortasse et 19, 3 *exŏs*) in basi phalaecii; 6, 3 *tenebŏ* et 68, 33 *nemŏ*, praeterea *-ô* in verbis non iambicis semper servata; nota et *pută* 37, 6 (40, 2 ?) at *putá* 14, 2. — non credo vere *Marxium* (Sächs. Akad. Abh. 37, 1922, 22) carmen IX propter mensuram *Dĭána* in medio versu secundo p. Chr. saeculo vel etiam posteriori tribuere.

3) carmen 47 recte videtur Bücheler accepisse de Priapo aliquo epitrapezio; num 81 sumptum sit ex amuleto, quod idem opinatur, dubito, potest infuisse in tabula votiva ut certo infuit 37.

4) nobis non servatum esse nisi unum exemplar antiquom colligitur ex mendis multis codicum communibus et ex lacuna in fine carm. 75 et initio carm. 76, vide et quae adnotavi ad 62, 1. 63, 18. 80, 8.

5) prius (n. 82) quia et nomen et officium vilici indicat, revera ex lapide Patavino in codicem Tibullianum aliosque credo transscriptum (*vilicus aerari* certe municipalis fuit nec praeter

huius autem florilegii nullus extat codex antiquior[1]) libro A Florentino (bybl. Laur. plut. 33, 31), quem Baehrens primus adhibuit. egi de hoc libro, quem Boccaccio ipse conscripsit, Sitz.-Ber. Bayr. Akad. 1908 XI p. 15; imaginem publicavit G. Biagi, Riproduz. di manoscr. miniati, Florenz 1914 tav. 49; v. etiam Sabbadini, le scoperte d. cod. lat. Florenz 1905 p. 41. Culicem Diras Priapea (fol. $39^R$—$45^V$) mihi contulit Kaußen, deinde accepi photographa priapeorum usque ad v. 69, 3 (fol. $44^V$); quae inde a 69, 4 adnotavi, debentur igitur fidei Kaußenii.

codex est rescriptus, nam cernuntur adhuc versus ex transverso ordinati litteris Beneventanis perscripti ex nescio quo auctore prosario christiano. non sat diligenter contulerat Baehrens (ex gr. A exhibet 19, 3 *motat,* non *mouet,* 9, 2 *Quere,* non *Quero*: v. Sitz.-Ber. Bayr. Akad. 1918 IV 23). singula carmina plerumque litteris initialibus miniatis distincta sunt, qua in re aliquoties peccavit Boccaccio (v. carm. 22. 26. 46. 55. 57. 68. 70. 76. 77. 79). mira hic illic utitur orthographia: *ct* scribit pro *tt* in *lictera, admictere, remicti,* bis scribit *sagipta* pro *sagitta* (9, 7. 20, 4 item V), semper *michi*, semel *nicil,* bis *asstem*, *asstans*; ad vetustius exemplar redire possunt haec: semper *ortus* pro *hortus*, semper *olus* pro *holus, husque* 50, 4, *trait* 36, 3; *t* pro *c* in *inditio, solatiores, Delitiae,* saepe *uillicus* (*uili-* 42, 1); bis *obscula*; *condam* pro *quo-* 26, 9. 61, 2 (etiam V); *sūmas* verbum 5, 3. 30, 4, *Comunis* 34, 3, *numos* 57, 8; *Impartem* pro *In partem* 2, 11; *emsem* 9, 5, *amser* 61, 11. 64, 1, *semsus* 1, 6; *cuntos* 63, 11; *extimato* 69, 3. variantes lectiones bis formula *al* addidit $A^1$ 15, 6. 26, 1, formula *c*' (i. *conieci*) 27, 6, semel $A^2$ aliquid correxit: 30, 1. in universum consenserunt omnes A esse optimum nostrorum codicum (ego primus ex A recepi genuinas lectiones 9, 1. 3. 15, 4. 20, 5. 25, 2. 47, 2. 68, 18) nec tamen fons est reliquorum: praetermisit versus 32, 7. 41, 1—4. 77, 17, plane corruptum exhibet versum 37, 5.

B ex altero igitur apographo, quod B littera signo, fluxerunt ceteri Priapeorum codices nisi quod pars recentiorum commixtam ex A et B praebent memoriam verborum. conspectum horum codicum quotquot mihi innotuerunt dabo infra; ad restituendum exemplar B, quo iam in archetypo carmina videntur Vergilio adscripta fuisse, adhibui eosdem quos Baehrens libros:

---

hunc titulum memoratur nisi in Brixiano CIL V 4503 et vix aevi est Augustei), alterum (n. 83) propter metrum (iambos puros) summa cum arte expolitum sane redire videtur ad poetam optimum, qui tamen utrum Tibullus fuerit necne plane non constat.

1) per antiqua saecula legerunt Priapea Sen. rhet., Mart., Auson., qui posuit titulum CIL XI 3862 (v. ad c. 14); de singulis versibus excerptis aevo Carolino v. ad 5, 3.

H Wolfenbüttel 373 (Helmst. 338), qui fol. 79—88 dat Priapea cum subscriptione *Finis, Publii Virgilii Maronis poete inter omnes Latinos excellentis Priapeia explicit per me Iohannem Carpensem die 15 Novembris 1460;* sequor conlationem Baehrensii. H

L Florenz, Laur. plut. 39, 34 saeculi XV medii foliis 73 exhibet sola Priapea sine titulo. carmina singula praefixis titulis separavit, alteri carmini praescripsit VIRGILIVS (item 4. 5. 16. 19. 27. 34. 40. 42. 45), tertio PRIAPVS (item plurimis), carmini 21 IVVENIS (item 29. 37. 50. 53), 22 AD PRIAPVM (item 77, 2. 79. 80), 30 PVELLA, 33 CONQVERITVR PRIAPVS, 54 DISTICON PRIAPI (item 60. 71. 72), 61 ARBOR, 62 DISTICON (item 65, 1 et 65, 3), 72, 3 SCITVM PRIAPI, sine titulo sed versu vacuo seiunxit carm. 78, non separavit carm. 26. 59. 70. 74. 76, male separavit 65, 3 s. 68, 5 s. passim addita sunt iam ab $L^1$ variae lectiones, omisit v. 14, 7. mihi praesto erant photographa. L

V Leiden bybl. univ. Voss. $8^0$ 81 saec. XV fol. 1—$10^V$ habet Priapea cum titulo P. V. MARONIS PRIAPEA; prima pagina admodum detrita est. singula carmina prima manus non separavit, recentior in margine adpinxit titulos similes iis qui in L extant. V descriptus est ex exemplari corrupto[1]): non modo versus 70, 5—81, 2 leguntur inter 52, 7 et 52, 8, sed manus prima omisit omnino, sed spatiis relictis 48, 3 inde a *sua solet* usque ad 50, 5 et 51, 13—20, quos versus manus recens supplevit. praeterea omissi nex suppleti sunt v. 39, 2 et 79, 3. usus sum photographis.

horum igitur codicum HLV adscripsi varias lectiones ut appareat quid infuerit in B, nec tamen singulorum reddidi vitia omnia (ut taceam de discrepantiis orthographicis), quae invenire poteris in editione Baehrensiana. quia autem Baehrens haud pauca peccavit in afferendis eorum lectionibus, subscribo conspectum eorum locorum ubi operae pretium videbatur corrigere corrigenda.[2])

---

1) cave tamen antiquom putes propterea quod in V fere scriptum extat *Quom Quoi Quoius,* etiam *Quor*; archaizant ita humanistae.

2) haec igitur velim addas vel corrigas in apparatu Baehrensii: 2, 5 *chorum* $V^2$ in ras. 3, 2 *parit* V 8, 2 *legere* (in marg. *audire*) L 9, 3 *tonet* L 11, 1 *mouebo* L 11, 3 *cocto* V *pedali* ex *sodali* corr. V 14, 1 *falacis* $V^1$ 21, 1 *perdit* etiam V 23, 1 *hic* om. V 26, 5 *solatiores* etiam L 26, 11 *periculosum* L 27, 3 *prurigenis* L 29, 1 *Obstrictus peream* L 32, 9 *puluentem* $V^1$ 33, 4 *nimphus* $V^1$ 35, 2 et 5 *irrimabo* L 36, 4 *pecto* L 36, 8 *hesculapio* V 45, 4 *cinedo* AHVL 47, 2 *loci* corr. in *ioci* L 50, 2 *ridet* $V^3$ 51, 12 *Nucemq;* L 51, 18 *at ozimũ* L margo 51, 21 *crede* $V^3$, *sessilesq;* $V^3$ 21 *Mentumq;*

restat ut enumerem libros reliquos mihi notos, omnes saeculi XVi:

Breslau bybl. urb. Rehd. 60 fol. 93—108; seq. n. 82 et 83; contuli (Wrat.)

Cassano, post in bybl. Phillipps: *Virgilii Priapeia* iuncta cum N. R. Phileni Tulliatocii Cunnea, Altilius et de bello pulicum, v. Catalogue of rare early books offered for sale by HASelden 18 Sicilian Avenue, Bloomsbury Square WC (London 1913) n. 150

Catania bybl. S. Nicolai 37 fol. 3—16 cum titulo *P. Virgilii Maronis Priapeia carmen incipit fauste. hunc vero quidam affirmant esse Martialis Valerii quod maxime consonum videtur:* v. Rühl, Philol. 47, 1899, p. 585; Cali, di un codice de' Priapea nella Benedettina di Catania, Catania 1892

Florenz Laur. 33, 22 fol. 44—52V; seq. n. 83 (Bandini catal. II p. 111)

Florenz Laur. 33, 31 v. supra A

Florenz Laur. 39, 34 v. supra L

Florenz Laur. Gadd. 91, 19 fol. 15V—24R (Bandini, catal. III p. 754)

Göttingen bybl. univ. Philol. 116 fol. 14V—28; seq. n. 83 (W. Meyer, catal. I p. 27)

Leiden Voss. lat. 8°, 81 v. supra V

Mailand bybl. Ambr. D 267 inf.; lectiones aliquot exhibet Cali (l. l. sub Catania) p. 12; cf. et Rivista delle bibliot. 21, 1910, 60

Paris bybl. nat. lat. 8205 fol. 28—37V *Explicit priapeia Virgilii* et fol. 51 *Incipit priapeia Virgilii* (seq. n. 83)

Paris bybl. nat. lat. 8206 fol. 8—22 *P. Maronis ad priapum ludibria*

Paris bybl. nat. lat. 8232 v. catal. IV p. 440

Paris bybl. nat. lat. 8236 v. catal. IV p. 440

Perugia bybl. com. 740 fol. 41—55

Rom Vat. lat. 1586 fol. 67V *priapeia liber incipit:* v. catalog. III p. 82, Curcio PLM II 2 p. VII; idem habet fol. 56V n. 83

Rom Vat. lat. 1608 fol. 41 seq. n. 82 et 83; v. catalog. III p. 95

---

52, 1 *manu* L 5 *faciet* V 11 manum L 53, 2 *cita* V[1], *tua* V[2] 55, 5 *mulctabor* LV[2] 6 *lampsache* L 57, 1 *quoque* L 57, 8 *Si minus* V 58, 2 *eminet* V[1] 61, 2 *Qui* V 4 *pergrauat* L 6 *exuentem* V 9 *querer* V 62, 2 *sibi* V, *sua* L 63, 4 *uini* L 65, 3 *Nec* etiam L 66, 2 *aduerteris* etiam L 66, 3 *uidere* V[2] 67, 3 *deprehensus* L 68, 5 *nos* om. V 12 *teneatur* L 16 *ipsa* V 20 hanc AL 23 *athalantidamq;* V, *athlantidemq;* L 31 *esse* L 69, 3 *extimato* etiam L[1] 74, 1 *puero* L[1] 75, 5 *phitius* etiam L 13 *ostreola* V[1], *-osa* V[3] 14 *Formosum* V[1] 77, 3 *prohibitis* L 4 *uiuatis* V 11 *satis est supq; est* L 79, 4 *sarrinosior* V 80, 4 *mauis* V 9 *spectare* LV

Rom Vat. lat. 1628 fol. 231; v. catalog III p. 116

Rom Vat. lat. 2876
Rom Vat. lat. 3269 fol. 39—49 } lectiones publicavit Ellis Rhein. Mus. 43, 1888, p. 258—61; cf. et Curcio PLM II 2 p. VI

inesse dicuntur Priapea etiam in Vat. lat. 2951. 3144. 3291. 3293. 3296. 3374 de quibus plura non novi; fortasse sunt Priapea Vergilii

Rom Vat. reg. lat. 1803

Rom Vat. Vrb. 350 fol. $191^{V}$—201 v. Curcio PLM II p. XV

Rom 'Corsinianus quidam' Ellis l. l. p. 258

Rom codex JBCasalii, collatus in exemplari Aldinae Vaticano Ottobon. 2894, unde quaedam excerpsit Ellis l. l. p. 258

Wolfenbüttel bybl. duc. 371 (Helmst. 336) a. 1450 fol. $151^{V}$ —$161^{V}$; seq. n. 83

Wolfenbüttel bybl. duc. 373 (Helmst. 338) a. 1460—1 v. supra **H.**

n. 82 non lectum est in codicibus nisi in aliquo Tibulliano teste Scaligero 'quod nomine Tibulli in antiquis Tibulli codicibus inveniri et alii in editionibus suis monuerunt, et nos inter opera Tibulliana in optima scheda reperimus'; de hac scheda v. ad n. 83. inde transiit (cum n. 83) in aliquot Priapeorum codices recentes ut Wrat. et Vat. lat. 1608. praeterea traditur titulus Patavinus (CIL V 2803) in codicibus humanistarum permultis: ipsum lapidem vidisse videtur unus testis, quem exscripserunt Marcanova medicus (fere a. 1460), Felicianus, Redianus antiquarii Patavini. primus interpolavit versum 1 (*Aerari quondam custos)* Petrus Bembus (1470—1547) Bernardi filius, qui tamen cum ceteris in v. 6 dat *tento*, non *taceo* ut codices Tibulli.

ad n. 83 haec Scaliger; 'in veteribus excúsis Tibulli nomine editur hoc politissimum poëmatium: itemque in veteri membrana Tibulliana, quae est penes te, Iacobi *Cujaci*'; de qua vide
Baehrensium in edit. Tibulli p. XIX, qui signavit littera F. adhi- **F**
buit Baehrens praeterea Bruxellensem 10676 saec. XII (de **B**
quo v. vol. $1^2$ p. 17), qui carmen fert fol. $72^{V}$ col. 2 l. 11 sine
titulo inter Vergili Catalepton et Elegias in Maecenatem; *Harle-* **H**
*ianum* 2534 saec. XIII fol. $128^{V}$, qui habet inter Moretum et Cu-
licem (v. catalog. II p. 698); Monacenses tres inter se similli- **M**
mos, id est m lat. 305 saec. XI—XII (habet carmen fol. $222^{R}$ **m**
cum titulo *Incipit Priapeia Maronis,* v. Sitz.-Ber. Bayr. Akad. 1908
XI 49*)* et n lat. 18059 saec. XI (dat carmen fol. $232^{VII}$ sub in- **n**
scriptione *Priapeia Maronis Incipit,* v. ibid. p. 50) et o lat. 21562 **o**
saec. XII ex., de quo ex n descripto v. ibid. p. 48 adn. 1. his
praeter **H** a me denuo collatis addo Vaticanum lat. 2759 saec. **V**
XIII descriptum a me l. l. p. 28, qui carmen profert post Georgica fol. $16^{VII}$ sua titulo *Incipiunt priapeia Virgilij.* praetermisi ut Baehrens alios recentes ut Wratislawiensem Rehd. 125

fol. $127^R$ *Virgilii minor priapea* (v. catalog. p. 95) Paris. lat. 8205 fol. 41 *Incipit Priapeia Virgilii*, 8207 fol. $5^V$ sine titulo, Vat. lat. 1574 fol. $132^V$, 1586 fol. $56^V$, Wolfenbüttel 371 (Helmstad. 336) fol. $161^V$ et quos excerpsit Burmann Vaticanum (estne Vat. lat. 1608 fol. 51?), Vossianum, Mediceum (Laur. 32, 22 p. $52^B$), Holstenianum, in quibus Priapeis addita erant epigrammata 82 (hoc non in omnibus) et 83 ut et in Wratislawiensi Rhed. 60 fol. $108^R$ (v. catalog. p. 25), Gottingensi Philol. 116 fol. 28 et in aliis quos nominat H. Meyer ad anth. n. 1616, quorum singulos
ς vel complures hic illic littera ς signavi. vix melioris notae erant schedae ʻmediae vetustatis, quas nobis amicus noster P. Pithoeus commodavit, quaeque habebant hoc solum epigramma exaratum' ut dicit Scaliger (ad v. 17).

ex editionibus antiquissimis (index, quem velim aliquando quis adulescens strenuos castiget emendet compleat, apud Wagnerium in Vergilio ed. Heyne $IV^4$ p. 637 ss.) aliquot contuli ut haberem auctores emendationum quae in volgatis circumferuntur. hos conquirendi negotium molestius erat, quia in exemplaribus Vergili quae conservant bybliothecae Monacenses multis Priapea carmina a possessoribus nimiam pudicitiam affectantibus aut desecta aut oblita sunt. impressa erant iam in editione Vergili principe Romana a. 1469 fol. 192—7, quam non vidi. adhibui autem has (quas minime plene reddo):

$\alpha$ = editio s. l. e. a. (Parmae, Andreas Portilia 1478?): Copinger III 6002

$\varphi$ = Veneta s. a (impressum Venetiis per Ligam Boariam decimo Kalendas Iunias): Copinger II 2, 6063

$\varepsilon$ = Aldina correcta ab Asulano (ego quia in exemplari ed. a. 1517 Monacensi decisa olim sunt Priapea, contuli exemplar a. 1534)

$\mu$ = Mogontiaca 1554 ʻExcudebat Ivo Scoffer'

iam nolo repetere catalogum editionum quae insecutae sunt: sat habeo monere, curas superiorum ut Scaligeri Heinsii Pithoei commode collectas extare in P. Burmanni anthologiae latinae vol. II (Amstelodami 1772) p. 475 ss. addo Francisci Bücheler vindicias libri Priapeorum, editas Rhein. Mus. XVIII 1863 p. 381—415, nunc etiam legi in ʻKleine Schriften von Fr. B.' vol. I p. 328—362, editionem autem quintam Petroni cum libro Priapeorum emisisse W. Heraeum Berolini a. 1912, sextam a. 1922.

[recensionem absolvi a. 1916].

I

Carminis incompti lusus lecture procaces,
  conveniens Latio pone supercilium.
non soror hoc habitat Phoebi, non Vesta sacello,
  nec quae de patrio vertice nata dea est,
sed ruber hortorum custos, membrosior aequo,
  qui tectum nullis vestibus inguen habet.
aut igitur tunicam parti praetende tegendae,
  aut quibus hanc oculis aspicis, ista lege.

II

Ludens haec ego teste te, Priape,
horto carmina digna, non libello,
scripsi non nimium laboriose.
nec musas tamen, ut solent poetae,
ad non virgineum locum vocavi.
nam sensus mihi corque defuisset,
castas, Pierium chorum, sorores
auso ducere mentulam ad Priapi.
ergo quidquid id est, quod otiosus
templi parietibus tui notavi,
in partem accipias bonam, rogamus.

III

Obscure poteram tibi dicere: 'da mihi, quod tu
  des licet assidue, nil tamen inde perit.

---

1, 1 *Auson. 327, 1 (p. 115 P.)* Carminis incompti tenuem lecture libellum pone supercilium; *cf. et Mart. 1, 4, 1* 5 *Ov. fast. 6, 333* at ruber hortorum custos *cf. 1, 415* 2, 7 *cf. exemplum a Caesio Basso (gramm. VI 261, 14) positum* castae Pierides novem sorores *(cf. iam p. 258, 20. 22 et ss.)* 3, 2 *Ov. ars 3, 90* mille licet sumant, deperit inde nihil. *am. 2, 2, 12* unde nihil, quamvis non tueare, perit

---

DIVERSORVM AVCTORVM PRIAPEIA INCIPIT A, PVBLII VIRGILII MANTVANI POETAE PRIAPEIA INCIPIT H, *sine titulo* L, P· V· MA *(media erasa)* PRIAPEA INCIPIT V, EXCERPTA EX PRIAPEIA *Wrat.* 1, 2 latio AB, Tatio *Holsten* 3 hoc AB, hic ϛ 4 Nec AB, Non V¹ 7 tegende AB, pudendae *Scal* 8 hanc HV, hec AL 2, 1 priape B, -po A 5 uirgineum ALV³, ingenuum V¹, inguen H locum (V¹ *erasa*) B, corum A, chorum V² *ex v. 7* 7 pierium (py- A) AL, pieridum V, pyetidum H 10 tuis L 3, 2 parit V

da mihi, quod cupies frustra dare forsitan olim,
  cum tenet obsessas invida barba genas,
quodque Iovi dederat qui raptus ab alite sacra
  miscet amatori pocula grata suo,
quod virgo prima cupido dat nocte marito,
  dum timet alterius volnus inepta loci.'
simplicius multo est 'da pedicare' Latine
  dicere. quid faciam? crassa Minerva mea est.

IIII

Obscaenas rigido deo tabellas
dicans ex Elephantidos libellis
dat donum Lalage rogatque, temptes,
si pictas opus edat ad figuras.

V

Quam puero legem fertur dixisse Priapus,
  versibus his infra scripta duobus erit:
'quod meus hortus habet sumas inpune licebit,
  si dederis nobis quod tuos hortus habet.'

---

3, 7 *Ov. fast. 4, 153* cupido ... marito. — *Sen. contr. 1, 2, 22* novimus ... istam maritorum abstinentiam, qui etiamsi primam virginibus timidis remisere noctem, vicinis tamen locis ludunt ... Ovidianum illud 'inepta loci'. *Mart. 11, 78, 5* pedicare semel cupido dabit illa marito, dum metuit teli volnera prima novi. *cf. Plaut. Cas. 922* 3, 9 *CIL IV 2425 δὸς πυγίζα. Philipp. Anth. Plan. 4, 240, 8 δὸς εὐθύμως ἰσχάδα τὴν ὀπίσω* 4, 2 *Mart. 12, 43, 4* nec molles Elephantidos libelli *cf. Suet. Tib. 43, 2* 5, 3. 4 *servati sunt scripti ut supra inter excerpta ex Ovidi arte in cod. Bamberg. M V 18 saec. IX fol. 110ᵛ, v. S. Tafel, Die Überl. von Ovids carm. amat. diss. Monac. 1910 p. 10. Cf. Petri et Pauli carm. (PMA I p. 66) 31, 15* quod meus ortus habet gratanti suscipe mente, si frueris laetus quod tuus ortus habet. — *Philipp. anth. Plan. 4, 420, 6 δὸς, λάβε. Argent. ibid. 4, 241, 5 ἢν δὲ μόνον σὺ θίγῃς τῆς ἰσχάδος, ἰσχάδα δώσεις*

---

3, 3 quod **AB**, que **H**[1] 4 Cum **A**, Quom **V**, Dum **HL** tenet **AB**$\alpha$, teget $\varepsilon$ 6 grata **HL**, sacra **AV** *ex v. 5* 8 alterius **H**ς, illius **ALV** 9 latine ς$\alpha\varepsilon$, -no **AB** 10 minerua **AB**, puella *(sed* minerua *ipsa* **L**[1] *in marg. correxit)* **L** 4, 2 Dicans **LV** *Cors.*, Dicens **A**, Ducens **H**ς$\varepsilon$ elephantidos **B**, elifanticos **A** 4 pietas **A** 5, 2 his **LV**, hic **H**, hec **A** 4 Si mihi tu dederis **H**

## VI

Quod sum ligneus, ut vides, Priapus
et falx lignea ligneusque penis,
prendam te tamen et tenebo prensum
totamque hanc sine fraude, quantacunque est,
tormento citharaque tensiorem
ad costam tibi septimam recondam.

## VII

Cum loquor, una mihi peccatur littera; nam T
  P dico semper blaesaque lingua mihi est.

## VIII

Matronae procul hinc abite castae:
turpe est vos legere inpudica verba. —
non assis faciunt euntque recta:
nimirum sapiunt videntque magnam
matronae quoque mentulam libenter.

## VIIII

Cur obscaena mihi pars sit sine veste, requirens
  quaere, tegat nullus cur sua tela deus.
fulmen habens mundi dominus tenet illud aperte;
  nec datur aequoreo fuscina tecta deo.
nec Mavors illum, per quem valet, occulit ensem;
  nec latet in tepido Palladis hasta sinu.
num pudet auratas Phoebum portare sagittas?
  clamne solet pharetram ferre Diana suam?
num tegit Alcides nodosae robora clavae?
  sub tunica virgam num deus ales habet?

---

**6, 5** *cf. 68, 16*

---

**6, 1 Quod AB, Qui $L^2$ *in marg.* sim V 3 tenebo $HLV^2$, tenendo $AV^1$ prensum L, pressam $AV^1$, prensam $HV^3$ 5 tentiorem H ς ε 6 septā A 7, 1 loquor B, -ar A te A, T HL, et V 2 Pedico HV, Pdico L, Podico A mihi AB, mea *Wrat.* ε**

**9, 1 reqrēs (*i.* requirens *an* -es) A, requiris B: *v. Sitz.-Ber. 1918 IV 23* 2 Quere *sic* A, Quero B tela *A et* L *margo et* ε, signa B 3 hn̄s (*i.* habens) A, habet B tonet L 7 Num LV, Non H, Nec A hamatas H ς 8 Clam nec A 9 tegit B, tenet A 10 tunicam LV**

quis Bacchum gracili vestem praetendere thyrso,
  quis te celata cum face vidit, Amor?
nec mihi sit crimen, quod mentula semper aperta est:
  hoc mihi si telum desit, inermis ero.

### X

Insulsissima quid puella rides?
non me Praxiteles Scopasve fecit,
non sum Phidiaca manu politus;
sed lignum rude vilicus dolavit
et dixit mihi 'tu Priapus esto'.
spectas me tamen et subinde rides:
nimirum tibi salsa res videtur
adstans inguinibus columna nostris.

### XI

Ne prendare cave. prenso nec fuste nocebo,
  saeva nec incurva volnera falce dabo:
traiectus conto sic extendere pedali,
  ut culum rugam non habuisse putes.

### XII

Quaedam iunior Hectoris parente,
Cumaeae soror, ut puto, Sibyllae,
aequalis tibi, quam domum revertens
Theseus repperit in rogo iacentem,
infirmo solet huc gradu venire
rugosasque manus ad astra tollens,
ne desim sibi mentula, rogare.

---

10, 2 *cf. Colum. 10, 29 ss. Mart. 4, 39, 2 ss. Sen. epist. 90, 43* domicilium rustica politum manu 10, 4 *cf. 63, 9 s*

---

10, 2 praxitelex A scopasue φε, copasue ABα 3 Non AB, Nec H phidiaca B, subdiata A 7 salsa ςε, ſalsa ABαφ colum(p)na AB, puella L 11, 1 Ne (Nec H) B, Me A prendare *Bücheler*, prensare AB prenso $V^1$, prensus AB, prensos $V^2$ mouebo L 4 rugam AB, -as V 12, 1 iunior AB, serior *ed. Argent. 1520*, senior φ, segnior ε, annosior *vel* ⟨haut⟩ iunior *Heins*, putrior *Büch climaca et iocum destruentes* 6 Rogosasque A 7 desim *Avancius (cf. 57, 6)*, desit AB sibi B, tibi A mentula AB, -lam L rogare B, -te A

hesterna quoque luce dum precatur,
dentem de tribus excreavit unum.
'tolle' inquam 'procul et iube latere
scissa sub tunica stolaque russa,
ut semper solet et timere lucem
qui tanto patet indecens hiatu,
barbato macer eminente naso,
ut credas Epicuron oscitari.'

## XIII

Percidere puer, moneo: futuere puella:
barbatum furem tertia poena manet.

## XIIII

Huc huc, quisquis es, in dei salacis
deverti grave ne puta sacellum.
et si nocte fuit puella tecum,
hac re quod metuas adire, non est.
istud caelitibus datur severis:
nos vappae sumus et pusilla culti
ruris numina, nos pudore pulso
stamus sub Iove coleis apertis.
ergo quilibet huc licebit intret
nigri fornicis oblitus favilla.

## XV

Commisso mihi non satis modestas
quicunque attulerit manus agello,

---

12, 9 *cf. Mart. 2, 41, 6. 8, 57, 1* 12, 13 *cf. Mart. 3, 72, 5* 12, 15 *cf. Mart. 3, 93, 13* 13 *cf. 22 et 74* 14 *hoc carmen exhibet tabula marmorea inventa in agro Capenati CIL XI 3862, cf. Carm. epigr. 1505*

---

12, 8 luce AB, nocte *Büch, cf. v. 6 et 32, 11* procatur A, rogatur precatur L 9 excreauit L, hec creauit A, hic screauit HVς 10 et A, ac B 11 russa A, ruffa B 13 qui *i. cunnus, cf. Mart. 3, 72, 5 s; structura est:* iube *dentem* latere et timere lucem, ut semper solet *cunnus* qui: *cf. Sitz.-Ber. 1918 IV 6* 15 Epicuron ςε, epicurii (*i.* -rũ) A, epicureos (-reo L[1]) B$\alpha\varphi$ 13, 1 Percidere *Saumaise,* Precidere AB, *cf. 15, 6* 14, 2 Deuerti *lapis,* Diuerti AB 4 non est AB, noli *lapis* 5 istuc H 7 *om.* L 9 quilibet *lapis et* AHV[3], quib; V[1], cuilibet L 10 Nigri *sic* A, Nigra *lapis et* B; *cf. Mart. 12, 61, 8* nigri fornicis ebrium poetam fabilla *lapis*

is me sentiet esse non spadonem.
dicat forsitan hoc: 'tibine quisquam
hic inter frutices loco remoto
percisum sciat esse me?', sed errat:
magnis testibus ista res agetur.

## XVI

Qualibus Hippomenes rapuit Schoeneida pomis,
  qualibus Hesperidum nobilis hortus erat,
qualia credibile est spatiantem rure paterno
  Nausicaam pleno saepe tulisse sinu,
quale fuit malum, quod littera pinxit Aconti,
  qua lecta est cupido pacta puella viro:
qualiacunque, pius dominus florentis agelli
  imposuit mensae, nude Priape, tuae.

## XVII

Quid mecum tibi, circitor moleste?
ad me quid prohibes venire furem?
accedat, sine: laxior redibit.

## XVIII

Commoditas haec est in nostro maxima pene,
  laxa quod esse mihi femina nulla potest.

## XVIIII

Hic quando Telethusa circulatrix,
quae clunem tunica tegente nulla

---

16, 1 *cf. Anth. 169, 3* 16, 3 *Ov. am. 2, 5, 27* Qualia credibile est *(trist. 3, 4, 38)* 19, 1 *cf. Mart. 6, 71, 5* Telethusa

---

15, 3 sentiet B, -at A 4. 5 *ordinant* AH, 5. 4 LV 4 hoc AHL, hec V tibi ne quisquam A, sibi (tibi H) ipse (eẽ L) nemo B *edd.*; *v. Sitz.-Ber. 1918 IV 23 s* 5 Hic ς, Huc AB inter AL, intret Hς, intra V 6 Percisum ς, Prec- AB, *cf. 13, 1* sciat AL, sciet HVς me AB, ał te *margo* A 7 testibus *i. testiculis, cf. Plaut. Curc. 31 mil. 1420 Mart. 2, 72, 8* 16, 1 schenelda *sic* φ, Schoeneida ε, ceneida (-yda A) AB 2 Hesperidum *ed. Brix. 1485, et* ε, (h)yp(p)omenes ABαφ 4 Na(u)sicam AB 6 lecta est (est *om.* H) cupido pacta puella uiro (est *add.* H) B, cupido lecta pacta puella uiro est A 7 Qualiacũq; A (*i. ὁποιαποτοῦν Büch*), Talia cunque (quinque *Wrat. Cors.*) B pius A, puer B, *om.* L 18, 2 Laxa AB, Lassa L quod B, q; A 19, 1 Hic AB, Si *Bae*

exos altius altiusque motat,
crisabit tibi fluctuante lumbo?
haec sic non modo te, Priape, posset,
privignum quoque sed movere Phaedrae.

## XX

Fulmina sub Iove sunt; Neptuni fuscina telum;
  ense potens Mars est; hasta, Minerva, tua est;
sutilibus Liber committit proelia thyrsis;
  fertur Apollinea missa sagitta manu;
Herculis armata est invicti dextera clava:
  at me terribilem mentula tenta facit.

## XXI

Copia me perdit: tu suffragare rogatus,
  indicio nec nos prode, Priape, tuo,
quaeque tibi posui tamquam vernacula poma,
  de sacra nulli dixeris esse via.

## XXII

Femina si furtum faciet mihi virve puerve,
  haec cunnum, caput hic praebeat, ille nates.

## XXIII

Quicunque hic violam rosamve carpet
furtivomve holus aut inempta poma,

---

19, 5 *cf. Ov. am. 2, 4, 32. Mart. 14, 203* 20, 6 *cf. 56, 4* 21, 2 *Ov. ars 3, 668* indicio prodor ab ipse meo 22 *cf. ad 13* 22, 1 *Ov. Pont. 4, 9, 96* Femina ... virve puerve

---

19, 3 Exos *Vo*, Extis AB; *v. Sitz.-Ber. 1918 IV 25* altius V *post corr., Wrat. Vat. 3269,* saltius V[1], satius HL, scitius *sic* A, aptius ς altiusque ς, altiusue AB motat *sic* A, mouet B, mouit *Wrat.* 4 Crisabit A, Crissabit B, -uit ς 5 Haec sic *Bae*, Hec si AL, Sic *(nil amplius)* HV, Sic ut *Wrat.* posset AB, possit *LMül* 20, 3 Suttilibus A, Subti- B, Suti- V *post ras.* tyrsys A, tyrsis V, tirsis HL 5 inuicti AL, inuicta HV 6 tanta *α*

21, 1 Copia *malorum* perdit AB i. *vix effugere possum persecutores; loquitur fur* 2 nos (no A[1]) AH*α*. me LV; nos *i. me et mala* 3 Queq; (*sed* QA[2], *fuerit* U) A Hec quecunq; tibi posui u. p. L 4 esse *furata ex tabernis* 22, 1 *cohaeret priori in* A uirue puerue *LMül,* uirq; puerq; AB 23, 1 rosamue B, rosamq; A

defectus pueroque feminaque
hac tentigine, quam videtis in me,
rumpatur, precor, usque mentulaque
nequiquam sibi pulset umbilicum.

## XXIV

Hic me custodem fecundi vilicus horti
  mandati curam iussit habere loci.
fur habeas poenam, licet indignere ‘feram’que
  ‘propter holus’ dicas ‘hoc ego?’ ‘propter holus’.

## XXV

Hoc sceptrum, quod ab arbore est recisum
nulla et iam poterit virere fronde,
sceptrum, quod pathicae petunt puellae,
quod quidam cupiunt tenere reges,
quoi dant oscula nobiles cinaedi,
intra viscera furis ibit usque
ad pubem capulumque coleorum.

## XXVI

Porro — nam quis erit modus? — Quirites
aut praecidite seminale membrum,
quod totis mihi noctibus fatigant
vicinae sine fine prurientes
vernis passeribus salaciores,
aut rumpar nec habebitis Priapum.

---

24, 4 *Leonidas sive Peritus anth. Plan. 4, 236* ‘*τοῦτο δ᾽*, *ἐρωτᾶς*, ‘*τῶν ὀλίγων λαχάνων εἵνεκα;*’ *τῶν ὀλίγων*. *Tymnis ib. 4, 237* *ἔπρεπε μὴ λαχάνων ἕνεκεν τάδε καὶ κολοκυντῶν φήσει τίς με λέγειν. ἔπρεπεν· ἀλλὰ λέγω* 25, 1 *Verg. Aen. 12, 206* ut sceptrum hoc . . . numquam fronde levi fundet virgulta nec umbras, quom semel in silvis ima de stirpe recisum matre caret 26, 1 *Verg. buc. 10, 28* ecquis erit modus? 26, 4 *Mart. 5, 78, 27* sine fine prurientes

---

23, 3 pueroque AH, puerq; V, puerue L feminaue L 4 quam H, qua AV, quem L 6 Nequicquam AB 25, 1 ab AB, ex L, ubi *Bae* ab arbore ut recisum est ε *edd.* 2 et iam *Vo,* etiam A, iam B uirere Hαε, reuirere AV, reuire L 4 reges *v. Büch Kl. Schr. I 337* 26 *cohaeret priori in* A 1 Porro AB, Oro ε modus AB, ał metus A *in marg.* 5 salatiores AV, solatiores HL 6 rumpar B, rumpat A

ipsi cernitis, effututus ut sim
confectusque macerque pallidusque,
qui quondam ruber et valens solebam
fures caedere quamlibet valentes.
defecit latus et periculosam
cum tussi miser expuo salivam.

XXVII

Deliciae populi, magno notissima circo
Quintia, vibratas docta movere nates,
cymbala cum crotalis, pruriginis arma, Priapo
ponit et adducta tympana pulsa manu:
pro quibus, ut semper placeat spectantibus, orat,
tentaque ad exemplum sit sua turba dei.

XXVIII

Tu, qui non bene cogitas et aegre
carpendo tibi temperas ab horto,
pedicabere fascino pedali.
quod si tam gravis et molesta poena
non profecerit, altiora tangam.

XXVIIII

Obscaenis, peream, Priape, si non
uti me pudet inprobisque verbis.
sed cum tu posito deus pudore
ostendas mihi coleos patentes,
cum cunno mihi mentula est vocanda.

XXX

'Falce minax et parte tua maiore, Priape,
ad fontem, quaeso, dic mihi qua sit iter.'

---

27, 2 *Verg. Copa 2* crispum sub crotalo docta movere latus

---

26, 7 exfututus ut ε, et fututus ut *cod. Lindenbrogii,* ut fututus ut A, futurus ut L, ut futuiturus V, futuiturus H, fututurus ut α 9 ualens AB, rigens *Büch*, vigens *LMül,* calens *Bae* 11 Defecit A, Deficit B 27, 4 adducta *Wrat.* φ, abducta (obd- V) ABα 6 sit B, fit (c' sit *margo*) A 29, 1 Obscenis AB, Obstrictus L 2 improbisque uerbis *Wrat.* φε, improbris (-bis B) probrisque (probisq; HL) AB 4 Ostendas AL, -dis HV 30, 1 minax B, minans A *Cors.* et A², ex A¹B

vade per has vites, quarum si carpseris uvam,
  cur aliter sumas, hospes, habebis aquam.

## XXXI

Donec proterva nil mei manu carpes,
licebit ipsa sis pudicior Vesta.
sin, haec mei te ventris arma laxabunt,
exire ut ipse de tuo queas culo.

## XXXII

Vvis aridior puella passis,
buxo pallidior novaque cera,
collatas sibi quae suisque membris
formicas facit altiles videri;
quoius viscera non aperta Tuscus
per pellem poterit videre aruspex;
quae suco caret usque putris †pumex,
nemo viderit hanc ut expuentem;
quam pro sanguine pulverem scobemque
in venis medici putant habere —
ad me nocte solet venire et affert
pallorem maciemque larualem.
ductor ferreus insulariusve
lanternae videor fricare cornu.

---

31, 1 *cf. 58, 3*  32, 2 *Ov. Pont. 1, 10, 28* membraque sunt cera pallidiora nova; *cf. met. 11, 417*  32, 3 *Mart. 11, 72, 2* Conlatus cui

---

30, 3 uuam A$^{2}$B, unam A$^{1}$α, uuas φε  4 aquam AL, aquas HV; *'de inquinato ore Priapum cogitare demonstrant Mart. 2, 50 et 3, 87' Büch Kl. Schr. 1, 338*  31, 1 mei *Wrat.* φε, mea ABα, tua LH$^{2}$, mihi *ed. Argent. 1520*  2 pudicior L, pudicitior (-cior H) AB  ipse *Büch*, ipsa AB, *quo servato* cunno *proposuit Schoppe*  32, 2 Busso AH  3 Collataq; (q; *erasa*) sibi que *(hoc supra versum additum)* A, Collatasq; sibi quę L, Conlatasq; sibi (*om.* quae) V, Collatas sibiq; H  7 *om.* A *in initio paginae* usq; (atq; L) putris (ix- V) pumex (pilmex V) B, usque et usque pumex *Cors.*, ut putrisque pumex ςε, usque quaque pumex *vel* osque putridum fert *Büch*, Cui suco caret os putrisque pulmo *Her Rhein. Mus. 70, 149; sufficitne* Quae s. c. est putrisque pumex?  8 ut B, A$^{1}$ *erasa*, nisi A$^{2}$  9 scobemq; *Wrat. Cors.*, scrobemq; AB  12 lariualem A  13 insulariusque *Bur*, insularis eque (ęque L) AB; *de* ductor *et* insularius *v. Büch, Kl. Schr. I 339*  14 latern(a)e AB

## XXXIII

Naidas antiqui Dryadasque habuere Priapi,
  et quo tenta dei vena subiret, erat.
nunc adeo nihil est, adeo mea plena libido est,
  ut Nymphas omnis interiisse putem.
turpe quidem factu, sed ne tentigine rumpar,
  falce mihi posita fiet amica manus.

## XXXIII

Cum sacrum fieret deo salaci,
conducta est pretio puella parvo
communis satis omnibus futura:
quae quot nocte viros peregit una,
tot verpas tibi dedicat salignas.

## XXXV

Pedicabere, fur, semel; sed idem
si prensus fueris bis, irrumabo;
quod si tertia furta molieris,
ut poenam patiare et hanc et illam,
pedicaberis irrumaberisque.

## XXXVI

Notas habemus quisque corporis formas:
Phoebus comosus, Hercules lacertosus,
trahit figuram virginis tener Bacchus,
Minerva flava, lumine ⟨est⟩ Venus paeto,
fronte †crinitos Arcadas vides Faunos,

---

33, 6 *Mart. 9, 41, 2* veneri servit amica manus; *cf. Lucil. 307 cum Marxii nota* 35 *Catull 16* pedicabo ego vos et irrumabo 36, 4 *Ov. met. 2, 659* si paeta est, Veneri similis, si flava, Minervae

---

33, 1 Nayades A, *item* -des B, -das ε driadasq; A, -desq; (q; *om.* V) B 5 dictu L ne AV, si HLς 6 mihi *Büch*, manu AB 35, 2 prensus fueris *Wrat.* φε (*cf. CIL IV 7038* si presus pueris), precisus (prehensus L, deprehensus ς) eris AB 3 Quod B *et* A$^{1}$ *ut videtur*, Et A$^{2}$ 4 patiare⟩ Aε, patiare HV, patiaris L 36, 1 quisq; corporis ε, corporis quisq; ABαφ formas AB, formae *Thielmann*, forma *opinor* 3 tener AV, sacer (al. tener *margo*) L, celer Hα 4 flava *de Rooy*, flauo AB, rauo *Haupt* est ε, *om.* ABαφ 5 Fronte (-em ς) crinitos

habet decentes nuntius deum plantas,
tutela Lemni dispares movet gressus,
intonsa semper Aesculapio barba est,
nemo est feroci pectorosior Marte:
quod si quis inter haec locus mihi restat,
deus Priapo mentulatior non est.

## XXXVII

Cur pictum memori sit in tabella
membrum quaeritis, unde procreamur?
cum penis mihi forte laesus esset
chirurgique manum miser timerem,
dis me legitimis nimisque magnis,
ut Phoebo puta filioque Phoebi,
curatum dare mentulam verebar;
huic dixi: 'fer opem, Priape, parti,
quoius tu, pater, ipse pars videris;
qua salva sine sectione facta
ponetur tibi picta, quam levaris,
compar consimilisque concolorque.'
promisit fore mentulamque movit
pro nutu deus et rogata fecit.

## XXXVIII

Simpliciter tibi me, quodcunque est, dicere oportet,
  natura est quoniam semper aperta mihi:
pedicare volo, tu vis decerpere poma;
  quod peto, si dederis, quod petis, accipies.

---

**37, 9** *Petron. 92, 9* ut ipsum hominem laciniam fascini crederes

---

(-dos V¹) AB, Frontem cruentos (bicornes *Büch*, caprinos *LMül*) *Scal* arc(h)ades (orc- A) AB

36, 6 nuntius deum (deus V) B, nuntium deus A  10 hec AB, hos ς  37, 3 mihi forte A, forte mihi B  4 Chirurgiq; ε *et sic vel* -amq; ς, Cirugiq; A Cirugicamq; (Cy- L) B  5 Diis me legitimis B, Me duci medicis A, Dum divis medicis *Bae*  7 Curatum HVς, Curandam AL; *cf. Mart. 11, 74, 1* uerebar LV³, uidebar AHV¹ς  9 pars *Gronov*, par AB  11 quam AHV, qua L  12 Compar *Scal*, Parue (-ua B) ẹt AB, Parque *μ*

## XXXVIIII

Forma Mercurius potest placere,
forma conspiciendus est Apollo,
formosus quoque pingitur Lyaeus,
formosissimus omnium est Cupido.
me pulcra fateor carere forma,
verum mentula luculenta nostra est:
hanc mavolt sibi quam deos priores
si qua est non fatui puella cunni.

## XXXX

Nota Suburanas inter Telethusa puellas,
  quae, puto, de quaestu libera facta suo est,
cingit inaurata penem tibi, sancte, corona:
  hoc pathicae summi numinis instar habent.

## XXXXI

Quisquis venerit huc, poeta fiat
et versus mihi dedicet iocosos.
qui non fecerit, inter eruditos
ficosissimus ambulet poetas.

## XXXXII

Laetus Aristagoras natis bene vilicus uvis
  de cera † facta dat tibi poma, deus.
at tu sacrati contentus imagine pomi
  fac veros fructus ille, Priape, ferat.

## XXXXIII

Velle quid hanc dicas, quamvis sim ligneus, hastam,
  oscula dat medio si qua puella mihi?

---

40, 4 *Ov. am. 3, 11, 47* magni mihi numinis instar *(Mart. 7, 12, 11)*

---

39, 2 *om.* V  4 omnium est cupido *ed. Argent. 1520,* omnium Cupido est ε, est omnium cupido L, omnium est apollo A, est ap(p)ollo omnium HVς  40, 1 Suburranas φε, sub (suo V) urbanas AB  t(h)elet(h)usa B, celesina A, *cf.* Telesina *Mart. 2,49*  2 puto AB, puta ς  est AL, *om.* HV  4 hoc A (*scil.* numen), hunc L, hanc HV  41 *totum carmen om.* A  42, 1 Letus B, Doctus A  aristogoras AB, *corr. Wrat.* φ  2 facta AB, facili ς, flava *vel* fundi *Büch*; *an* facta ⟨haec⟩?  4 ille *i. vilicus*  43, 1 ‘*nescis quid hanc hastam licet ligneam velit puella*

augure non opus est: 'in me' mihi credite, dixit
'utetur veris viribus hasta rudis.'

## XXXXIV

Nolite omnia, quae loquor, putare
per lusum mihi per iocumque dici.
deprensos ego ter quaterque fures
omnis, non dubitetis, irrumabo.

## XXXXV

Cum quendam rigidus deus videret
ferventi caput ustulare ferro,
ut Maurae similis foret puellae,
'heus' inquit 'tibi dicimus, cinaede,
uras te licet usque torqueasque,
num tandem prior es puella, quaeso,
quam sint, mentula quos habet, capilli?'

## XXXXVI

O non candidior puella Mauro,
sed morbosior omnibus cinaedis,
pygmaeo brevior gruem timenti,
ursis asperior pilosiorque,
Medis laxior Indicisve bracis:
manes hinc, licet ut liberet, ires;
nam quamvis videar satis paratus,
erucarum opus est decem maniplis,
fossas inguinis ut teram dolemque
cunni vermiculos scaturrientis.

---

*quae exosculatur eam? in se putat illa legitimo hastae munere functuram esse' Ouwens*

43, 3 dixit **AB**, dicit *Bae* 4 utetur **AB**, utatur *Bae* viribus *Ouwens*, usib; **AB** 44, 1 loquor **AV**, dico **HLς** 3 Depre(he)nsos **B**, Deprendẽs **A** 4 non **AB**, ne **ε** irrimabo **A**, irrimando **L** 45, 4 cinaede **φε**, cinedo **ABα** 5 torqueasque **ε**, torquearis **ABαφ** 7 quam **HV**, qua **AL** sint **A**, sunt **B**; *iocum nondum intellexerunt, ne Büch quidem (Kl. Schr. I 343): ἀδύνατον est vere Priapeum: tu non magis poteris fieri puella quam pili, quos mentula habet, fieri capilli* 46 *cohaeret priori in* **A** 1 moro **AH** 3 timenti *sic* **AB** 5 Indicisue bracis *Büch (cf. Mart. 11, 21, 9)*, Indicisque braccis (bactris $V^{3}$) ε, indicis libratis **ABαφ** 6 Manes hic licet ut libenter ires **AB**, *correxi, v. Sitz.-Ber. 1918, IV, 26,* Mallem scilicet *Is. Vossius,* ut libet perire *Büch* 8 E(u)rucarum **B**, Erutatũ **A**

## XXXXVII

Quicunque vestrum, qui venitis ad cenam
libare nullus sustinet mihi versus,
illius uxor aut amica rivalem
lasciviendo languidum, precor, reddat
et ipse longa nocte dormiat solus
libidinosis incitatus erucis.

## XXXXVIII

Quod partem madidam mei videtis
per quam significor Priapus esse,
non ros est, mihi crede, nec pruina,
sed quod sponte sua solet remitti,
cum mens est pathicae memor puellae.

## XXXXVIIII

Tu, quicunque vides circa tectoria nostra
  non nimium casti carmina plena ioci,
versibus obscaenis offendi desine: non est
  mentula subducti nostra supercilii.

## L

Quaedam, si placet hoc tibi, Priape,
fucosissima me puella ludit
et nec dat mihi nec negat daturam:
causas invenit usque differendi.
quae si contigerit fruenda nobis,
totam cum paribus, Priape, nostris
cingemus tibi mentulam coronis.

---

47, 5 *Ov. epist. 15, 315* sola iaces viduo tam longa nocte cubili  47, 6 *cf. ad. 51, 20*  49, 4 *Laev. apud Gell. 19, 7, 16* subducti supercili carptores

---

47, 1 qui B, *om.* A  2 nullus A, -os B  3 aut B, ut A  5 Et B, Vt A  longa nocte L, nocte longa AHV  49, 1 circa AB, -um L  tectoria *Scal*, temptoria AL, tentoria $HV^3$ ($V^1$ *deest*)
50, 2 Fucosissima A, Fic- B  5 fruenda $AHV^3$, futuenda L  6 cum paribus ϛ *i. cum testiculis, διδύμοις recte interpretatus est Büch Kl. Schr. I 345,* comparibus AL, similib; HV  nostris AB, noster *Heins*

## LI

Quid hoc negoti est quave suspicer causa
venire in hortum plurimos meum fures,
cum, quisquis in nos incidit, luat poenas
et usque curvos excavetur ad lumbos?
non ficus hic est praeferenda vicinae
uvaeve, quales flava legit Arete,
non mala truncis adserenda Picenis
pirumve, tanto quod periculo captes,
magisve cera luteum nova prunum
sorbumve ventres lubricos moraturum.
praesigne rami nec mei ferunt morum
nucemve longam, quae vocatur † alva
amygdalumve flore purpurae fulgens.
non brassicarum ferre glorior caules
betasve, quantas hortus educet nullus,
crescensve semper in suom caput porrum.
nec seminosas ad cucurbitas quemquam
ad ocimumve cucumeresque humi fusos
19 venire credo sessilesve lactucas
- 22 acresque cepas aliumque furatum,

---

**51, 10** *Mart. 13, 26* sorba . . . molles nimium tendentia ventres **51, 19** *Mart. 3, 47, 8* porrum sessilesque lactucas **51, 20** *Ov. rem. 799* erucas . . . salaces *(cf. ars 2, 422)*

---

51, 1 suspicer HV, -cor AL 3 Quin V incidit AV, -dat HL incidit in nos V 6 Vu(a)eq; AB legit *Wrat.* φ ε, legis (et legis L.) B A$^3$, *erasa* A$^1$ arethe AL, orethe H, orechye V, crete ς 7 mala AHV, poma L adserenda *(i. vindicanda, v. Thes. II 864, 54)* ε, aseruanda A, asseruanda (obs- V, -ata H) B 8 periculo L, -la AHV captes B, capte A 9 Magisq; AB 10 uentres (-is H) lubricos HV *et* L *margo,* uentris lumbricos *sic* A, nomen fructus L *in contextu* 12 Nucemq; L alua A, alna B, alana *Vat. 3269,* Albana *vel* et calva *Scal*; quam uocant auellanam ε *edd., cf. Büch Kl. Schr. I 345* 16—20. 13—15 *ordinaverat* V$^3$, *sed ipsa ordinem correxit* (V$^1$ *n. l.*) 13 purpurae α, purpureo AB 14 ferre glorior *Bur,* fero (fere H) gloriosior AB 15 Betasue V$^3$ς (V$^1$ *n. l.*), Beteue (Ble- H) AB quantas ortus educat B, quantos o. educet A 18 ozimum L *margo et* V$^3$, acimum AH, acynum L, V$^1$ *n. l.* ue ALV$^3$, que H que AHV$^3$, ue L 19 credo A, crede B sessilesue AH, sessilesq; V$^3$ (V$^1$ *n. l.*), assilesq; L latucas AL

20 nec ut salaces nocte tollat erucas
21 mentamque olentem cum salubribus rutis.
23 quae cuncta quamvis nostro habemus in saepto,
non pauciora proximi ferunt horti.
quibus relictis in mihi laboratum
locum venitis, improbissimi fures:
nimirum apertam convolatis ad poenam,
hoc vos et ipsum, quod minamur, invitat.

## LII

Heus tu, non bene qui manum rapacem
mandato mihi contines ab horto,
iam primum stator hic libidinosus
alternis et eundo et exeundo
porta te faciet patentiorem.
accedent duo, qui latus tuentur,
pulcre pensilibus peculiati;
qui cum te male foderint iacentem,
ad partis veniet salax asellus
et nil deterius mutuniatus.
quare si sapiet malus, cavebit,
cum tantum sciet esse mentularum.

## LIII

Contentus modico Bacchus solet esse racemo,
cum capiant alti vix cita musta lacus,

---

52, 11 *Catull. 35, 7* Quare si sapiet, viam vorabit. *5, 12* aut nequis malus invidere possit, quom tantum sciat esse basiorum

---

v. 22 *ante* 20 *reposuit Büch* 23 nostro quamuis L habemus ε *(cf. 53, 6)*, habeamus AB 28 Hoc vos et *Santen*, Et uos hoc (Et *mut. in* Cū A²) AHV, Et hoc uos L, Et uos id *Avancius* minuam̄ A 52, 3 stator AL, statis H, status A 4 Alternis & L, Alterni s; AH, Alternis sed V exeundo AH, redeundo LV 5 Porta (-am H) te faciet (patefiet L) B, Portā te facient A 7 Pulore A '*minores prope maiorem Priapum latere utroque collocati Priapisci' Büch; testiculos intellegit W. Süss, Philol. 69, 1910, 446 vix recte* 8 Qui cum L, Quicūq; AHV foderint L, -rit HV, -rent A 9 partes *Saumaise*, partū (*corruptum ex* -tis) AHV, portam L, partem ςε ueniet B, -at A 10 Et nil A, Nihil HV, Nil iam L dexterius A mutuniatus *Büch*, mutiniatus V⁴ *in marg.* ς, minuciatus A, minutiatus LV, metulatus H 11 si AB, qui ε malus *Bae*, malū AHV, manum L sciet AB, sciat α *ex Catullo* 53, 2 alti ε, altos AB cita

magnaque fecundis cum messibus area desit,
in Cereris crines una corona datur.
tu quoque, dive minor, maiorum exempla secutus,
quamvis pauca damus, consule poma boni.

LIIII

CD si scribas temonemque insuper addas,
qui medium volt te scindere, pictus erit.

LV

Credere quis possit? falcem quoque — turpe fateri —
de digitis fures subripuere meis.
nec movet amissi tam me iactura pudorque
quam praebent iustos altera tela metus:
quae si perdidero, patria mutabor, et olim
ille tuos civis, Lampsace, Gallus ero.

LVI

Derides quoque, fur, et impudicum
ostendis digitum mihi minanti?
heu heu me miserum — quid ista lignum est
quae me terribilem facit videri?
mandabo domino tamen salaci,
ut pro me velit irrumare fures.

LVII

Cornix et caries vetusque bustum,
turba putida facta saeculorum,

---

53, 2 *Ov. trist. 3, 10, 72* nec cumulant altos fervida musta lacus 55, 4 *Ov. ars 1, 754* praebebit veros haec tibi turba metus 56, 1 *Mart. 6, 70, 5* ostendit digitum, sed impudicum 56, 4 *cf. 20, 6*

---

AB, tua V², sua ςφε, noua *Büch, at* cita *est participium* ‘*expressa, elicita*’ lacus B, latus A

54 *post* 55 *habet* L 1 CD *Büch*, ED L, Ed HV, Edi A 2 sindere A 55 *cohaeret priori in* A 1 possit A, posset B 3 amissi *non recte pro subst. habet Büch, audi* teli 3 tam me AL, me tam HV 5 mutabor A, mul(c)tabor B 6 lampsac(h)e LV², lamsace V¹, lausace AH 56, 3 Heu Heu (*alterum om.* V) AB, Heheu ε, Eheu *Scal* quid AB, quod *Schoppe* est AL, *om.* HV 6 irrumare (irrim- L) B, inguinare A

57 *cohaeret priori in* A 1 caries AL, cariex V¹, canens H 2 putida B, pudica A seculorum V, sacculorum (sacu- H) AHL

quae forsan potuisset esse nutrix
Tithoni Priamique Nestorisque,
illis ni pueris anus fuisset,
ne desim sibi, me rogat, fututor.
quid si nunc roget, ut puella fiat?
Si nummos tamen haec habet, puella est.

## LVIII

Quicunque nostram fur fefellerit curam,
effeminato † imminet procul † dubio;
quaeque hic proterva carpserit manu poma
puella, nullum reperiat fututorem.

## LVIIII

Praedictum tibi ne negare possis:
si fur veneris, inpudicus exis.

## LX

Si quot habes versus, tot haberes poma, Priape,
esses antiquo ditior Alcinoo.

## LXI

Quid frustra quereris, colone, mecum,
quod quondam bene fructuosa malus
autumnis sterilis duobus adstem?
non me praegravat, ut putas, senectus,
nec sum grandine verberata dura,
nec gemmas modo germine exeuntes

---

57, 4 *cf. 76, 4 Mart. 10, 67, 3* vocavit nutricem Priamus
58, 3 *cf. 31, 1*

---

57, 5 ni *sic* A ε, in B 6 desim AB, desit ε futuitor HV *ut et 58, 4* 7 Que L 8 *ut spurium damnabant Barth alii, et sane non est pars carminis 57, sed ei subscriptus (v. Büch Kl. Schr. I 300) vel potius imitatur talem subscriptionem parietariam ut et carmen 79* 58, 1 curam A, fidem B 2 imminet (em- V¹) AB, marceat ε, verminet *Is. Vossius* procul dubio AB, *in* A *suprascriptum est* h. d.: *vel simile quod non intellego,* procul culo ε, culo eminet procul *Wrat.* φ, v. precor culo *Her*, inane pruriat lumbo *Bae* 3 hic A, hec B carpserit B, -ris A 4 reperiat AH, -et LV 59, 1 Predictum B, Prod- A 2 exis *Is. Vossius,* eris AB 61, 4 p̨grauat L 6 gemmas B, gemmas *an* geminas A

seri frigoris ustulavit aura,
nec venti pluviaeve siccitasve,
quod de se quererer, malum dederunt;
non sturnus mihi gracculusve raptor
aut cornix anus aut aquosus anser
aut corvos nocuit siticulosus:
sed quod carmina pessimi poetae
ramis sustineo laboriosis.

## LXII

. . . . . . . . . . . . . . . . . . . . .
. . . . . . . . . . . . . . . . . . . . .
securi dormite, canes: custodiet hortum
  cum sibi dilecta Sirius Erigone.

## LXIII

Parum est mihi quod hic fixi † sedem,
agente terra per caniculam rimas
siticulosam sustinemus aestatem;
parum, quod hiemis perfluont sinus imbres
et in capillos grandines cadunt nostros
rigetque dura barba vincta crystallo;
parum, quod acta sub laboribus luce
parem diebus pervigil traho noctem.
huc adde, quod me terribilem † fuste

---

63, 9 *cf. Ov. epist. 9, 47* parum, . . . addis

---

61, 7 ustulauit *Vat. 2876*, ustolauit A, uffulauit V, instillauit L 9 quererer Hε, querer AV, querere Lς 12 sinticulosus A 62 *hoc epigramma legi in Priapeis, iam miratus est Scal; mutilum esse ego indicavi: puto Priapum loqui querentem se nimio aestu vexari et officio se abdicare* 2 sibi HV, tibi A, sua L '*vos, canes, non opus est vigilare; custodiet hortum (per caniculares dies) Canis caelestis, fidelis Virginis suae comes*' *Büch* 63, 1 *ut supra* AB, *nisi quod* sedem A, fidem HV, pedem L; Parum est miser quod hic fixi sedem ε, Parum est quod hic ut fiximus semel sedem *perbene Lachmann ad Lucr. 3, 954 p. 199;* P. e. mihi quod hic semel pedem fixi *Büch* 2 trã A, terram B 3 (a)estatem B, etatem A 4 Parum quod AH, Parumq; LV, *item 7* hiemis *Büch*, imi A, uni HV, uini L, imos *Schoppe* perfluunt A, superfluunt B 6 dura *sic* AB, duro *Heins* 9 terribilem AV, -les HL fustem L terribilem deum fuste *ed. Argent. 1520,* fuste de rudi vilem *Scal*, de rudi levem fuste *Büch*

manus sine arte rusticae dolaverunt,
interque cunctos ultimum deos numen
cucurbitarum ligneus vocor custos.
accedit istis impudentiae signum,
libidinoso tenta pyramis nervo.
ad hanc puella — paene nomen adieci —
solet venire cum suo fututore,
quae tot figuras, quas Philaenis enarrat,
. . . . . . . . . . . . . . . . . .
non † inventis pruriosa discedat.

LXIV

Quidam mollior anseris medulla
furatum venit huc amore poenae:
furetur licet usque, non videbo.

LXV

Hic tibi qui rostro crescentia lilia morsit,
caeditur e tepida victima porcus hara.
ne tamen extraneum † facias pecus omne, Priape,
horti sit, facias, ianua clausa tui.

LXVI

Tu quae ne videas notam virilem
hinc averteris, ut decet pudicam:

---

64, 1 *Catull. 25, 1* cinaede Thalle, mollior cuniculi capillo vel anseris medullula  65, 2 *Ov. am. 3, 13, 16* et minor ex humili victima porcus hara

---

63, 11 ultimum B, -mo A  deos (deus L) B, des A  numen B, nom̃ A  13 Accedit B, -det A  ĩpudenti(a)e AL, ĩpudenti HV  15 hanc AHV, hec L  17 figuras A, -ris B  quas AHV, quot L  18 pruriosa (pruinosa V) AB, *vocabulum scabrum neque huic aevo neque elegantiae sermonis conveniens*, pruriginosa ε; discedat AL, -dit HV  Non admouente *Is. Vossius*, Non impetratis *Büch*, Novisque fictis *Her; v. Sitz.-Ber. 1918, IV, 26*

64, 2 huc HV, hũc A, hic L  65, 1 Hic AL, Hec HV  morsit *Büch*, mersit AB  3 Ne ς, Nec AB  extraneum (-nũ $V^1$, extrariũ $V^2$) facias AB, exanimum (extinctum ε) facias *ed. Argent. 1520; conieci* extra conficias (extra *iungatur cum* pecus omne)  4 facias AB, posthac *Büch (et* exanimum facias *in v. 3)*

66, 2 auerteris HV, adu- AL

a mirum, nisi quod times videre
intra viscera habere concupiscis.

## LXVII

Penelopes primam Didonis prima sequatur
et primam Cadmi syllaba prima Remi,
quodque fit ex illis, tu mi deprensus in horto,
fur, dabis: hac poena culpa luenda tua est.

## LXVIII

Rusticus indocte si quid dixisse videbor,
da veniam: libros non lego, poma lego.
sed rudis hic dominum totiens audire legentem
cogor Homereas edidicique notas.
ille vocat, quod nos psolen, ψολόεντα κεραυνόν,
et quod nos culum, κουλεόν ille vocat.
μερδαλέον certe si res non munda vocatur,
et pediconum mentula merdalea est.
quod nisi Taenario placuisset Troica cunno
mentula, quod caneret, non habuisset opus.
mentula Tantalidae bene si non nota fuisset,
nil, senior Chryses quod quereretur, erat.

68, 5 *Hom. Od. 24, 539* ψολόεντα κεραυνόν 68, 6 *Il. 1, 220* ἂψ δ' ἐς κουλεὸν ὦσε μέγα ξίφος. *19, 252* μάχαιραν, ἥ οἱ παρ' ξίφεος μέγα κουλεὸν αἰὲν ἄωρτο 68, 8 *Anth. 902, 6 (aevi et fidei incertae)* et non laudatur mentula: merdacea *(?)* est

66, 3 A mirum *Büch*, Nimirum AB, Nil mirum ς uidere LV[4] φε, -ri AHV[1] 4 Intra B, Sacra A 67, 1 Penelopes A, Penolopes B didonis AL, dido fac HV, Didus fac *Heins* 2 Cadmi *Schryver*, cani AB 3 Quodcũq; ex illis fit tu deprehensus ab orto L tu mi(c)hi AV, tu mis H, mihi tu *edd.* 4 hac pena HV, hanc penam AL tua *ex* tibi H 68 *cohaeret priori in* A 4 Cogor *Heins*, Coris A, Choris H, Constitui L, Carpsi V Homeraeas (-iacas *Scal*) ε, meracas AB 5 Psoleon ille uocat quod nos (nos *om.* HV) psolenta (sol- V, psoloenta ς) cerãnon (AH, cerã nos V, ceraumon L) AB, *corr. Gronov* 6 Et AL, Id HV culeon (col- L) AB 7 Merdaleon B, Mend- A si *Weber*, nisi AL, uisa V, in se H, quasi *Büch* 8 pediconum L, pendiconum A, penditonum H, pentidoneum (*erasa altera* e) V merdalea L, mẽdalea A, mendalia HV 9 Quod AB, Quid ς, Qui *Heins* nisi B, si A tenario L, tren- AHV 11 nota AB, nata *Broekhuyzen*

haec eadem socium tenera spoliavit amica,
quaeque erat Aeacidae, maluit esse suam.
ille Pelethroniam cecinit miserabile carmen
ad citharam, cithara tensior ipse sua.
nobilis hinc nata nempe incipit Ilias ira
principiumque sacri carminis illa fuit.
altera materia est error fallentis Vlixei:
si verum quaeras, hanc quoque movit amor.
hic legitur radix, de qua flos aureus exit,
quam cum μῶλυ vocat, mentula μῶλυ fuit.
hic legimus Circen Atlantiademque Calypson
grandia Dulichii vasa petisse viri.
huius et Alcinoi mirata est filia membrum
frondenti ramo vix potuisse tegi.
ad vetulam tamen ille suam properabat, et omnis
mens erat in cunno, Penelopea, tuo:
quae sic casta manes, ut iam convivia visas
utque fututorum sit tua plena domus.
e quibus ut scires quicunque valentior esset,
haec es ad arrectos verba locuta procos:
'nemo meo melius nervom tendebat Vlixe,
sive illi laterum sive erat artis opus.
qui quoniam periit, vos nunc intendite, qualem
esse virum sciero, vir sit ut ille meus.'
hac ego, Penelope, potui tibi lege placere,
illo sed nondum tempore factus eram.

---

68, 15 *Verg. georg. 4, 514* miserabile carmen *(Ov. al., v. Thes. III p. 472, 16 et ad Cons. Liv. 3)* 68, 16 *cf. 6, 5* 68, 21 *Hom. Od. 10, 302 πόρε φάρμακον Ἀργειφόντης . . . ῥίζῃ μὲν μέλαν ἔσκε, γάλακτι δὲ εἴκελον ἄνθος· μῶλυ δέ μιν καλέουσι θεοί (Ov. met. 14, 291 s)*

---

68, 17 Nobilis **HL**, Nobis **AV** hinc **AL**, hic **HV** nata **AL**, nota **HV** 18 que **A**, *om.* **B** illa (ille **L**) **AB**, ile *Bae; nisi neglegenter* illa *voluit esse mentulam, potes accipere* hilla 19 materia **B**, -erna **A** ulixei **A**, -xi **B** 20 hanc **AL**ε *(i. materiam)*, hunc **HV** *edd.* 21 aureus **AB**, lacteus *Scal* 22 Quam *Büch*, Quem **AB** moly *bis* φε, thimoli *et* timola **A**, //moli *bis* **H**, thimoli *bis* **V**, timoli (*corr. in* tmoli) *et* tmoli **L** 23 athlanciadãq; **A**, athlandidamq; **H**, athalãtidamq; **V**, athlantidemq; **L** calipson *sic* **AB** 31 quicũq; **AB**, qui quoque *L. Müller* 32 arrectos **AHV**, erectos **L** 34 siue erat **A**, seu fuit **B** 35 qualem **AB**, quemquem *Bae* 37 penolope **AB** 38 factus **AB**, natus ς

## LXIX

Cum fici tibi suavitas subibit
et iam porrigere huc manum libebit,
ad me respice, fur, et aestimato,
quot pondo est tibi mentulam cacandum.

## LXX

Illusit mihi pauper inquilinus:
cum libum dederat molaque fusa,
carnum partibus additis in ignem,
sacro protinus hinc abit peracto.
vicini canis huc subinde venit
nidorem, puto, persecuta fumi,
quae libamine mentulae comeso
tota nocte mihi litat rigendo.
at vos amplius hoc loco cavete
quicquam ponere, ne famelicorum
ad me turba velit canum venire,
ne dum me colitis meumque numen,
custodes habeatis irrumatos.

## LXXI

Si commissa meae carpes pomaria curae,
  dulcia qui doleam perdere, doctus eris.

## LXXII

Tutelam pomari, diligens Priape, facito:
rubricato furibus minare mutinio.

---

69, 3 *Leonidas anth. Plan. 4, 236, 3 ἀλλ' ὡς ἐντέταμαι φὼρ ἔμβλεπε*

---

69, 3 me **AHL**, hanc **V** extimato **AHL**[1] 4 Quot **L**[1], Quod **AHV** mentulam **HV**, -la **AL** 70 *cohaeret priori in* **A** 1 Illusit *ε*, Illa (Ille **V**, **H**[1] *erasa*) fit **AB** 2 libum **HL**, libido **V**, uerbum **A** dederat **H**, dederit **A**, deerat **LV** molaq; fusa **AB**, molamque fusam *Scal*, molaque salsa *Büch* 3 Carnum *Vo*, Quarum **AB**, Quorum, *post* Quadrae *Büch*; *v. Sitz.-Ber. 1918, IV, 27* additis *Wrat. φ*, abditis (-us **L**) **AB** ignem **AB**, inguen *α* 6 persecuta **A**, pros- **B** 8 rigendo **AB** *i. tumore inguinis (cf. v. 13)*, rigando *Wakefield* 9 At **AL**, Aut **H**[1]**V** hoc **B**, huic **A** 10 famel(l)icorum **AB**, -arum *ς* 12 numen **B**, nomen **A** 71, 2 qui *Heins*, quid **AB** 72 *inscriptionem statuae primariam, quam Saturniis versibus fingere mihi voluisse videtur*

Quod monear non est, quia, si furaberis ipse
  grandia mala, tibi bracchia macra dabo.

LXXIII

Obliquis quid me, pathicae, spectatis ocellis?
  non stat in inguinibus mentula tenta meis.
quae tamen exanimis nunc est et inutile lignum,
  utilis haec, aram si dederitis, erit.

LXXIV

Per medios ibit pueros mediasque puellas
  mentula, barbatis non nisi summa petet.

LXXV

Dodone tibi, Iuppiter, sacrata est,
Iunoni Samos et Mycena ditis,
undae Taenaros aequorumque regi;
Pallas Cecropias tuetur arces,
Delphos Pythius, orbis umbilicum,
Creten Delia Cynthiosque colles,
Faunus Maenalon Arcadumque silvas;
tutela Rhodos est beata Solis,
Gades Herculis umidumque Tibur;
Cyllene celeri deo nivosa,
tardo gratior aestuosa Lemnos;

---

73, 1 *Mart. 3, 68, 10 mentulam,* opposita spectat quam proba virgo manu 74 *cf. 13 et 22* 74, 2 *Mart. 11, 46, 6* summa petas *(res eadem)* 75, 2 *Hor. carm. 1, 7, 9* ditesque Mycenas
75, 5 *Liv. 38, 48, 2* Delphos . . . umbilicum orbis terrarum

---

*auctor, sequitur iocosa subscriptio (v. ad 57, 8); duo carmina dant* AB 1 pomarii AB 2 Rubricato AHV, -te L minare B, rumere A mutino HVL *margo,* mutinio AL *in contextu*
72, 3 monear *Büch,* mouear *Wrat.* φ, moneat A, moneam LV, moueat H, moneas *Avancius* 4 *de argutia cf. Büch Kl. Schr. I 357* 73, 2 in *om.* $H^1$L 3 est B, stat A 74 *priori adhaeret in* AB, *segregavit Scal* 2 petet *Wrat.* φε, petit AB
75, 1 Dodona AB 2 Mycena ditis *Pierius,* micene dites AB, mycena diues ε 3 Taenaros ε, tenedos (-tos A) AB aequorumq; A, (a)equoreoq; B 6 Creten B, -em A 7 Maenalon ε, menalos AB 10 celeri *ex* cereri *corr.* A 11 estuosa HL, extuosa AV

Hennaeae Cererem nurus frequentant,
raptam Cyzicos ostreosa divam,
formosam Venerem Gnidos Paphosque
. . . . . . . . . . . . . . . . . .

## LXXVI

. . . . . . . . . . . . . . . . . .
quod sim iam senior meumque canis
cum barba caput albicet capillis:
deprensos ego perforare possum
Tithonum Priamumque Nestoremque.

## LXXVII

Immanem stomachum mihi † videtis
qui densam facitis subinde saepem
et fures prohibetis huc adire.
hoc est laedere, dum iuvatis; hoc est
non admittere ad aucupem volucres.
obstructa est via, nec licet iacenti
iactura natis expiare culpam.
ergo qui prius usque et usque et usque
furum scindere podices solebam,
per noctes aliquot diesque cesso.
poenas do quoque, quot satis superque est,
in semenque abeo salaxque quondam
nunc vitam perago — quis hoc putaret? —
ut clusus citharoedus abstinentem.

---

76, 4 *cf. 57, 4; Tymnis anth. Plan. 4, 237, 1 πάντα πριηπίζω κἂν ᾖ Κρόνος*

---

75, 12 Enee **A**, Ethnee **B** 13 Cyzicos *Giraldi et ε*, cocitos **AV**, coc(c)ytos **HL** ostreosa $V^3$ *φ ε*, ostreola (ho- **H**) **AB** 14 gnidos **B**, -us **A** *deesse finem iam viderunt qui interpolabant in ς* Mortales tibi Lampsacum dicarunt *(sic Wrat. φ ε)* 76 *adhaeret priori in* **AB**, *initium deesse vidit Büch* 1 sim **HV**, si **A**, sum **L** 4 Titonum **B**, Tritonum *sic* **A** 77 *priori adhaeret in* **AB**; *in* **L** *novom carmen incipit a 77, 2* 1 Inmanem **B**, -ne **A** uidetis **AB**; movetis *vel* cietis *Bur* 2 subinde *de loco: prope me* 11 quot *Wrat.*, quod **AB** 13 Nunc *Büch*, Non **AB** 14 clusus **A**, lusus **B** abstinetem *sic* **H**, abstineret **L**, abstinerē **AV**

at vos, ne peream situ senili,
quaeso, desinite esse diligentes
neve imponite fibulam Priapo.

## LXXVIII

At di deaeque dentibus tuis escam
negent, amicae cunnilinge vicinae,
per quem puella fortis ante nec mendax
et quae solebat impigro celer passu
ad nos venire, nunc misella landicae
vix posse iurat ambulare prae fossis.

## LXXVIIII

Priape, quod sis fascino gravis tento,
quod exprobravit hanc tibi suo versu
poeta noster, erubescere hoc noli:
non es poeta fascinosior nostro.

## LXXX

At non longa bene est, at non bene mentula crassa
  et quam si tractes, crescere posse putes?
me miserum, cupidas fallit mensura puellas:
  non habet haec aliud mentula † maius eo.

---

77, 17 *Sen. ap. Lact. inst. 1, 16, 10* utrum Iovi . . . lex Papia fibulam imposuit? 80, 1 *Ov. am. 1, 7, 1* at non formosa est, at non bene culta puella?

---

77, 17 *versum omisit* $A^{1}$, *in marg. add. manus recens* fibulam $V^{2}$, fabulam (sep- L) B 78, 1 dii AB escas V 2 amicae ε, amicas (-cos V) AB cunnilinge ε, cunni (cũ nos V) ligni (lingi L) AB 3 fortis ε, foris AB 4 celer *Wrat.* φε, celeriq; AB 5 landicae *Muncker,* landices (laud- L) AB 6 iurat AHL, uitat V fossis HV, fosis A, saxis L, ficis *Holsten* 79 *adhaeret priori in* AHV, *non in* L 1 tento ε, tenero B, //mero A 2 exprobauit AHV hanc AB, hoc *Bae,* hic *Wrat.* φ 3 *om.* V Poeta noster AH, Noster poeta L 4 es *Scal,* est AB fascinosior ε, sarcinosior (sarrin- V, sarcinosos- L) AB 80, 1 *ut supra, Bae ex Ovidio,* longa bene non stat bene AB mentula *non Priapi, sed aegroti precantis* 2 Et *mut. in* Nec A, Et LV, Sed H 4 aliud ALV, aliquid H maius ($mau^{s}$ V) eo AB, materiae *Büch*; aliquid . . . maius ero *Bae*; *temptavi* aliud mentula, mancus eo, *ad opus scilicet*

utilior Tydeus, qui, si quid credis Homero,
  ingenio pugnax, corpore parvos erat.
sed potuit damno nobis novitasque pudorque
  esse, repellendus saepius iste mihi.
. . . . . . . . . . . . . . . . .
. . . . . . . . . . . . . . . . .

## [LXXXI]

dum vivis, sperare licet: tu, rustice custos,
  huc ades et nervis, tente Priape, fave.

# TIBVLLI (?)

## LXXXII

Vilicus aerari quondam, nunc cultor agelli,
  haec tibi Perspectus templa, Priape, dico.
pro quibus officiis, si fas est, sancte, paciscor,
  assiduus custos ruris ut esse velis,
improbus ut si quis nostrum violabit agellum,
  hunc tu, sed tento — scis, puto, quod sequitur.

---

**80, 6** *Hom. Il. 5, 801* *Τυδεύς τοι μικρὸς μὲν ἔην δέμας, ἀλλὰ μαχητής* **82, 1** *Ov. fast. 5, 499* angusti cultor agelli *cf. Hor. ars 117* **82, 3** *Ov. am. 2, 8, 21* pro quibus officiis

---

80, 7 grauitasq; **V** 8 repellendus **B**, repetendum est **A** iste *scil.* pudor: *non nihil periisse vidit Büch* 81 *novom carmen incipit in Wrat., priori adiungunt* **AB**, *recte opinor, cf. 37* 1 sperare **AH**, spectare **LV** Explicit Priapeia **A**, *Τελος ἀμὴν Θεõ χάρην. τέλος καλως ἔχει* **L**, Finis **V**, *de* **H** *v. p. 39* 82 *de codd. v. supra p. 41, quibus accedit lapis Patavinus CIL V 2803 = Carm. epigr. 861* 1 Vil(l)icus aerari quondam *lapis et* (**F**), Aerari quondam custos ς 2 Perspectus *nomen agnovit Scal,* perspectus 'cognitus, probatus' *maluit Mommsen et cum eo Büch, vix recte; falsius etiam Niedermann* perspectus *adiungit vocativo* Priape, ut *φίλος ὦ Μενέλαε*; *sane nomen* Perspectus *aliunde non notum, nec tamen incredibile est (v. Otto, Fleckeis. Jahrb. Suppl. 24, 749 ss.);* Respectus *Reinesius* 3 officieis *lapidis schedae aliquot* 5 violabit *lapis et* φ, -rit *edd. inde ab* ε, *de* **F** *nihil dixit Scal* 6 tento *lapis secundam schedas, unde* teneo *Reinesius*; taceo **F** *interpolate, subaudi* fascino; *de* sed *v. ad Stat. silv. 5, 5, 43 et cf. Verg. buc. 3, 9 Plaut. mil. 1092 Pseud. 216*

## LXXXIII

Quid hoc novi est? quid ira nuntiat deum?
silente nocte candidus mihi puer
tepente cum iaceret abditus sinu,
Venus fuit quieta, nec viriliter
iners senile penis extulit caput.
placet, Priape, qui sub arboris coma
soles, sacrum revincte pampino caput,
ruber sedere cum rubente fascino?
at, o Triphalle, saepe floribus novis
tuas sine arte deligavimus comas
abegimusque voce saepe, cum tibi
senexve corvos impigerve graculus
sacrum feriret ore corneo caput.
vale, nefande destitutor inguinum,
vale, Priape: debeo tibi nihil.
iacebis inter arva pallidus situ,
canisque saeva susque ligneo tibi
lutosus affricabit oblitum latus.
at, o sceleste penis, o meum malum,

---

83, 6 *cf. 50, 1*   83, 15 *cf. Verg. Aen. 11, 51*

---

83 *de codd. v. supra p. 41*  1 qđ (*i.* quod) M  nuntia V φ  2 Silenti M, Silecte V  3 abdita n, abditus est V  4 quieta BMHV *(cf. 43* inquietus *et Prop. 3, 6, 34)*, vieta *Heins*  5 penis *om.* V  6 comis ς φ  7 reuincte *Scal*, reuinctus (F)BMHV pampinus $n^1$  8 Rubis V  9 tripalle F, priape BMHV  11 cum sepe $H^1$ *ut vid.*  12 Sepexue n  ĩpingerue H  13 ferireť corneo V  14 nefand& B  15 Vade $V^1$  tibi debeo $B^1$  debeam $H^1$  16 pallidus F (*qui ante fuit* ruber), callidus BM, squalitus V, squal(l)idus *Wrat.* φ, semper squalidus H  17 s. Canisque saeuas usque (saeva susque *Scal*) ligneo tibi Lutosus affricabit oblitum latus F, Canisue seuus lutosus adfricabit obliquum latus B, Canisue seuus fabricabit oblitum latus M, Canis saeuus usque ḷiṇ (*ss.* mingere) aut tibi Fricabit obliquum latus aper lutosus H, Canis ueseuus usq' bene aut tibi fricabit oblicum latus aper lutosus *uno versu* V, Canisue saeuus usque imminget aut tibi Fricabit oblicum latus aper lutosus *scheda Pithoei*  19 At o (hos M) sceleste (-ti n) BM, O sceleste HV φ, Sceleste ς, *de* F *nihil notum*  o meum malum BMHV, o cui meum malum ς φ, o meum malum graue *scheda Pithoei, de* F *nihil notum*

gravi piaque lege noxiam lues.
licet querare: nec tibi tener puer
patebit ullus, † imminente qui toro
iuvante verset arte mobilem natem,
puella nec iocosa te levi manu
fovebit apprimetve lucidum femur.
bidens amica Romuli senis memor
paratur, inter atra cuius inguina
latet iacente pantice abditus specus
vagaque pelle tectus annuo gelu
araneosus obsidet forem situs.
tibi haec paratur, ut tuom ter aut quater
voret profunda fossa lubricum caput.
licebit aeger angue lentior cubes,
tereris usque, donec, a miser miser,
triplexque quadruplexque compleas specum.
superbia ista proderit nihil, simul
vagum sonante merseris luto caput.
quid est, iners? pigetne lentitudinis?
licebit hoc inultus auferas semel:

---

83, 30 *Catull. 25, 3* situque araneoso

---

83. 20 *habent* FBM, *om.* HV *scheda Pithoei* ς*φε* lege noxiam F, lege noxias BM 22 imminente BMHV *(de* F *nihil constat),* ingemente *Schoppe,* intremente *Bae*; *an* in nitente? 23 arte *Wrat. φ*, ante BMHV 24 iocosa te V, iocos ate B, loco sate M, iocosa (*om.* te) H leni V 25 Fauebit V ac p̃metue H lubricum *scheda Pith.*, lucianũ *corr. in* lucidum n 26 memor] me V 27 acra V, arua *φ* 28 Latet iacente pancie (pantice *Scal*) abditus specu (-cus *Scal*) F, *om.* BMHV *Wrat. φ* 29 Vagaque *Scal*, Vacuaque (F)BMHV *Wrat.* annuo F, inguinum (-iñ V) BMHV *Wrat.* geli B 30 Harenosus H forem BMV, fores H*φ* 31 paratur (H), parantur BMV *Wrat. φ* terrauit M ter aut quater *om.* V 32 Vorat M 33 Licebit hebes *φ*, Hebes licebit *ε* angue lentior F, angue lenior BM, aut languentior HV *Wrat. φε*, aut dolentior *ed. Argent. 1520* 34 Tereris *Wrat.*, Terreris BMH, Terens V, Haeres et *φ*, Gemes et *ed. ·rgent. 1520* donec *om. φ* a BM, ha HV 35 comple aspectum M 37 merseris *φ*, merserit BM *Wrat.*, inmerseris HV luto caput BH, caput luto MV *Wrat. φ* 38 Quid est BHV, Quidem M, Quid *φ* pigetne HV*φε*, pigetque BM, pigerque *Wrat.* latitudinis V 39 afferas semelis H

sed ille cum redibit aureus puer,
simul sonante senseris iter pede,
rigente nervos excubet lubidine
et inquietus inguina arrigat tumor
neque incitare cesset usque dum mihi
Venus iocosa molle ruperit latus.

LXXXIV—LXXXVI PRIAPEA VERGILI *vide vol. I² p. 127 ss.*

---

83, 42 Rigente F, Repente BMHV *Wrat.* φ neruos *sic* BMHV *Wrat.* φε, neruus [F?] *ed. Argent.* excubet F, excitet BMHV *Wrat.* φ lubidine F, libidine (-nes H) BMHV 43 inguina arrigat (-et φ) φε, inguine rigat B, inguina erigit M, inguina dirigat HV, inguina erigat *Wrat. Voss.* 44 Neque incitare FBM, Neque mutare Vφε, Et (non *ss.*) mitare H cesset F, possit BMHVφ 45 reperit V

---

| | | |
|---|---|---|
| *metra:* | *phalaecii:* | *38 carmina* |
| | *disticha:* | *37 carmina* |
| | *choliambi:* | *31. 36. 47. 51. 58. 63. 78. 79* |
| | *iambi puri:* | *83. 85* |
| | *priapei:* | *86* |
| | *Saturnii:* | *72* |

# I. INDEX NOMINVM

*numeri nudi Priapea significant, reliquis additum vel* Nux *vel* Cons.


nux longa . . . alua (Abellana?) *51, 12*

populator Achilles *Cons. 433*; *v. 68, 13* socium *et* Aeacides

littera . . . Aconti *16, 5*

Aeacidae: *Achillis 68, 14*

Aesculapio *36, 8*; *v. 37, 6* filio . . . Phoebi

*Agamemnon v.* Tantalides

agricolas . . . deos *Nux 10*

Agrippam *Cons. 67*, -ā *69*: *M. Vipsanius obiit a. 742/12*

Alcides *9, 9*

Alcinoi . . . filia *68, 25*, ditior -o *60, 2*; *v.* rure paterno *16, 3*

Alcyonum . . . questus *Cons. 107*

Alpes *Cons. 15.* Alpinae valles *385*

Amor *voc. 9, 12*

*Amphiaraus*: nefandae coniugis . . . virum *Nux 110*

Andromache *Cons. 319*; *v. 430* coniux

*Antonia minor, quae nupsit Druso fere 738/16*: *300* nurus. *303* femina tu princeps, tu filia Caesaris

Aoni⟨d⟩um *Thebanorum Nux 110*

Apollo *39, 2*; Apollinea . . . manu *20, 4*; -ea . . . *lauro Cons. 459*; *v.* Phoebus. Pythius

Dacius . . . Apulus *(v. PW. II 290)*: *Cons. 388*

Arcadum . . . silvas *75, 7.* Arcadas . . . Faunos *36, 5*

Arête *51, 6*

Aristagoras . . . vilicus *42, 1*

Armenius . . . fugax *Cons. 389*

Astyanax . . . puer *Cons. 430*

*Atalante*: *v.* Schoeneis

*Athenae*: *v.* Cecropius

Atlantiadem . . . Calypson *68, 23*

*Atlas*: *v.* Hesperius

nebuloso littore Averni *Cons. 445*

subitae . . . aves *Meleagrides Cons. 110*

*Augustus*: *v.* Caesar Iuppiter *26*

Aurora *Cons. 281*

Ausoniae matres -aeque nurus *Cons. 204*

Bacchus *36, 3. 53, 1.* -um *9, 11*; *v.* Liber Lyaeus

Boreae *Nux 102*

*Briseis*: tenerā . . . amicā *68, 13*

*Cadmi *67, 2*

Caesar *divus Iulius*: immensi Caesaris . . . domus *Cons. 404.* -r . . . uterque *245* *Augustus*: -r *Nux 143* ille deus *145. Cons. 209. 381. 420. 442,* -ris *Cons. 39. 59.* -ris uxori *129.* filia -ris *303.* -ris alti *453 (cf. 61).* sacrato -ris ore *465.* a magno -e *72 v. 466* deo. *473* coniux, tutela hominum, *42* tanto . . . viro, *344* principe . . . viro

Calypson *68, 23*

Campi *Martii*: *Cons. 231*

Capaneus *Cons. 322*

*Capitolium*: *Cons. 28* Iovis arce

*Castores v.* Ledaeus

Cecropias ... arces *75,4 Athenas*
Cereris *53,4*, -em *75,12*
*Charon*: *Cons. 358* avarus portitor *428* navita
*Chiron v.* Pelethronius
Chryses *68,12*
Circen *68,23*
*Claudii*: maioribus ... paternis *Cons. 331* veteres avos *162*; *v. adn. ad v. 451 et* Drusus *et* Nero *et* Tiberius
Clothoque duasque sorores *Cons. 239*
Clymene . . . et Clymeneides *Cons. 111*
Clytaemestrā *Nux 26*
collibus *Vrbis*: *Cons. 220*
Creten *75, 6*
Cumaeae ... soror Sibyllae *12,2*
*Cupido *39, 4*
*Cydippe*: *16, 6* puella
Cyllene *75, 10*
Cynthios ... colles *75,6*; *v.* Quintia
Cyzicos *75,13*
Dacius ... Apulus *Cons. 387*
tandem Dalmata supplex *Cons. 389*
Danuvius ... rapax *Cons. 387*
Daulias ales *Procne Cons. 106*
Delia *Diana*: *75, 6*
Delphos *75, 5*
*Deltoton*: caeleste . . . sidus *Nux 81*
agricolas ... deos *Nux 10*
Diana *9,8*; *v. 1,3* soror ... Phoebi *et* Delia
Didonis *67,1*
Dodone *75, 1*
Drusus *maior i. Nero Claudius Ti. f. Drusus Germanicus cos. a. 745/9: Cons. 71. 146. 287. 469,* -i *148. 159. 173. 277. 300. 345,* -o *296,* -um *3. 28. 172. 326,* -e *75. 100. 162. 270. 291,* -o *32. 38. 66. 195. 299. 324. 416.* — nate *121. 136,* natum *144.* Caesaris illud opus *39.* progenie *368.* iuvenis *13. 249.* principis *261.* viri *259.* auctoris *lauri 205.* dux *16. 169. 236. 265. 293.* ipse *445.* hic *bis 155.* ille *215.* Germanicus *(337) 457.* consul *139. 177. 200. 293. 336. 457 cf. et 75: Drusi filii (Germanicus, Livilla, Ti. Claudius) 323; coniux v.* Antonia
*vicit Germanos: 15 ss. 237. 292. 311. 338. 385. 457*
*meruit triumphum 19. 175. 334. 462*
*funus: 141. 173. 202 ss. 253. 295. 460*
*iustitium: 185*
*luctus publicus: 66. 78. 181. 200. 294*
*laudatio funebris: 209. 216. 465*
*ludus Troius: 217. 461*
*statua cum titulo: 269*
*conditus in Mausolaeo Iuliorum: 161*
Dryades *33,1*
Dulichii . . . viri *68, 24 Vlixis*
Elephantidos libellis *poetriae lascivae*: *4,2*
Epicuron oscitari *12, 15*
Erigone *62, 2*
*Eriphyle: Nux 109* nefandae coniugis
Euadne *Cons. 321*
Faunus *75, 7.* Arcadas . . . -os *36,5*
Fortuna *Cons. 349. 371.* -ae iniuria *51.* -ae regna *56. cf. 375* deae inmitis. *376* potentis erae.
Gades *75, 9*
Gallus *ambigue 55, 6*
*Ganymedes*: *3,5* raptus ab alite sacra
Germania *voc.*: *Cons. 271.* Germanicus *Drusus 475*; -us ... orbis *391*; -a signa *335*; *v. 20*

terras . . . novas. *314* in orbe novo *457* ignoti orbis: *cf.* Alpes, Danuvius, Isarcus, Raeti, Sicambri, Suevi. hostibus *15.* barbara terga *18.* barbare *272*
Gnidos *75, 14*
Gradivom . . . patrem *Cons. 23*
in Graecis *litteris*: *Nux 82*
*Hecale*: *12, 3*
Hectora *Cons. 429.* iunior Hectoris parente *12, 1*; *v. Cons. 319* vir
*Hecuba*: *Cons. 431* longaeva parens; *v. Hector*
*Helena*: *v.* Taenarius
Hennaeae . . . nurus *75, 12*
Hercules *36, 2,* -lis *20, 5. 75, 9*; *v. Cons. 258* deo; Herculeae . . . Oetae *257. v.* Alcides
*Hesperidum . . . hortus *16, 2*
Hesperii regis pomaria *Nux 111*
*Hippolytus v.* Phaedra
Hippomenes *16, 1*
Homero *80, 5*; Homereas . . . notas *68, 4*
Icario . . . cane *Nux 118*
Iliaca . . . arva *Cons. 434*
Remus Iliades *Ilia natus*: *Cons. 241*
Ilias *68, 17*; opus *68, 10,* sacri carminis *68, 18*
laxior . . . Indicis . . . bracis *46, 5*
Isarcus *Cons. 386 hodie Eisack*
Ityn *Cons. 106*
Iunonis *Cons. 403,* -ne *75, 2*; *Cons. 304* coniuge . . . Iovis *(an Livia?)*
Iuppiter *75, 1 Cons. 401.* Iovis arce *i. Capitolio Cons. 28.* regia . . . Iovis *caelum 214.* coniuge . . . Iovis *304.* Iovi *3, 5 Cons. 21. 196.* magno . . . Iovi *i. Augusto 380.* sub Iove *20, 1.* sub Iove *i. subdiu 14, 8.* mundi dominus *9, 1*
Lalage *meretrix 4, 3*
Lampsace *55, 6*
conveniens Latio . . . supercilium *1, 2.* Latine dicere *3, 9*
Ledaeos . . . fratres *Cons. 283 cf. 290*
Lemnos *75, 11.* tutela -i *36, 7*
Liber *20, 3 Nux 11*
Livia *Drusilla, Drusi mater, coniunx Ti. Claudi Neronis, post Augusti*: *Cons. 3. 40. 56. 168. 195 bis. 350. 426. 474, passim nominatur* genetrix mater parens *Drusi,* mater . . . Neronum *1,. 129* Caesaris uxori, *352* principis *(356). (304* magni coniuge . . . Iovis *Livia an Iuno?)*
*M. Livius Drusus Claudianus Liviae pater*: *Cons. 146* materni . . . avi
*Livii*: *Cons. 162* avos. *331* maternis maioribus
Lucifer *Cons. 406. 407*
⟨Lucretius⟩ *post Cons. 361*
Lyaeus *39, 3*
Maenalon *75, 7*
*M. Claudius M. f.* Marcellus *obiit a. 731/23*: -um *Cons. 441,* -e *67 v. 65* stirpe sororis
Mars *20, 3,* Marte *36, 9,* Mavors *9, 5 Cons. 231*; *v.* Gradivos; Martia Roma *246*
Maurae . . . puellae *45, 3.* non candidior . . . Mauro *46, 1*
*mausolaeum Augusti*: *Cons. 67* sepulcro. *161* hoc . . . tumulo
Medis . . . laxior bracis *46, 5*
*Meleager v.* Oenides
*Meleagrides*: *Cons. 110* subitae . . . aves
Mercurius *39, 1*; *v. 9, 10* deus ales, *36, 6* nuntius deum, *75, 10* celeri deo
Minerva *20, 2. 36, 4 Nux 12, templum* -ae *Cons. 403*; crassa -a mea est *3, 10*; *cf. 1, 4* de pa-

trio vertice nata dea; *Cons. 22* armiferae ... deae *et v.* Pallas
moly *68, 22*
Mors ... atra *Cons. 360*, Mortis *443*
Musas *2, 4 v.* Pierius
Mycena ditis *75, 2*
Naidas *33, 1*
Nausicaam *16, 4*; *cf.* Alcinous
Neptuni *20, 1*; *cf. 9, 4* aequoreo ... deo. *75, 3* aequorum ... regi
*Nereides*: *Cons. 437* consortes deae
Nero *Tiberius Cons. 157. 289. 345* matrem ... -nis. *451* parens ... -nis. *85* -nem *(149) cf. 150* maior an alter. *383* -es *Drusus et Tiberius. 1* mater ... -um. *145* pars ... -um *Drusus. v. 121* duplicis ... partus
nutrix Nestoris *57, 4.* -em *76, 4*
Oceani coniux *Tethys* -usque pater *Cons. 438*
Octavia *minor Augusti soror Marcelli mater obiit a. 743/11 Cons. 441. v. 65* sororis. *70* soror
*Odyssia*: *68, 19* error fallentis Vlixei
Oeniden *Meleagrum Cons. 110*
Herculeae ... Oetae *Cons. 257*
*Orcus*: *Cons. 440* avidi ... dei
Pallas *75, 4*, -dis hasta *9, 6*, -dis arbor *Nux 28*
Pannonii *Cons. 390*
Panope matertera *Achillis Cons. 435*
Paphos *75, 14*
Parca *Cons. 164*, -ae *plur. 73*; *v. 247* deae *et s. v.* Clotho
*Paris v.* Troicus
Pelethroniam ad ... citharam *Achillis a Chirone acceptam 68, 15*
Penelope *68, 37*, -es *67, 1.* Penelopea *68, 28* (*27* vetulam ... suam)
Perspectus *82, 2*
privignum ... Phaedrae *19, 6*
*Phaethon*: *Cons. 112* iuvenis
Phidiaca manu *10, 3*
Philaenis *poetria lasciva*: *63, 17*
Phoebus *36, 2*, soror -i *1, 3*, filio ... -i *37, 6*, -o *37, 6*, -um *9, 7*
truncis Picenis *malis*: *51, 7*
Pierium ... chorum *2, 7*
Polydore *Nux 109*
Pontus *Cons. 388.* Pontice castor *Nux 166*
Praxiteles *10, 2*
nutrix Priami *57, 4*, -um *76, 4*; *v. Cons. 430* pater
Priapus *5, 1. 6, 1. 10. 5. 48, 2.* -i *2, 8*, antiqui ... -i *33, 1*, -o *27, 3. 77, 17*, -um *26, 6*, -e *2, 1. 16, 8. 19, 5. 21, 2. 29, 1. 30, 1. 37, 8. 42, 4. 50, 1. 6. 60, 1. 65, 3. 72, 1. 79, 1. 81, 2. 83, 6. 15*, -o *36, 11* — rigidus deus *4, 1. 45, 1.* deus salax *14, 1. 34, 1.* deus *voc. 32, 2.* numen *70, 12.* vappae et pusilla culti ruris numina *14, 7.* interque cunctos ultimum deos numen *63, 11 cf. 40, 4.* dive minor *53, 5.* pater *37, 9.* sancte *40, 3. 82, 3.* senior *76, 1.* ruber hortorum custos *1, 5.* cucurbitarum ... custos *63, 12.* rustice custos *81, 1.* tuus civis, Lampsace *55, 6. v.* Triphallus
*Procne v.* Daulias
*Proserpina*: raptam ... divam *75, 12*
Punica bella *Cons. 452*
Pygmaeo ... brevior *46, 3*
Pythius *75, 5 Apollo*
notissima circo Quintia *27, 2*; *estne* Cynthia?
Quirites *26, 1*
Raetorum *Cons. 175*
quidam ... reges *25, 4*

Remus Iliades *Cons. 241*, -i *67,2*
Rhenus *Cons. 385*
Martia Roma *Cons. 246.* Romane *19.* -ae principis *356.* -o ... foro *284.* -a per oppida *173.* *v.* Ausonius. Romulus. Vrbs
Romuli senis *83,26*, tuis muris, -e *Nux 138*; *v. Cons. 241* frater conditor Vrbis *et 245* hic
Samos *75,2*
falx Saturnia *Nux 63*
Schoeneida *16,1*
Scopas *10,2*
Cumeae soror ... Sibyllae *12,2*
Sicambros *Cons. 17. 311*
Sirius *62,2 v. et* Icarius
Solis *75,8*
Stygia ... aqua *Cons. 410.* -as ... -as *432, cf. 242*
Suburanas ... puellas *40,1*
Suevōs *Cons. 17. 302*
Taenaros *75,3,* Taenario ... cunno *Helenae*: *68,9*
Tantalidae *68,11 Agamemnonis*
Telethusa circulatrix *19,1. 40,1* (Telesina ?)
*templum divi Caesaris Cons. 404, Castorum 283, Iunonis 403, Minervae 403*
*Tethys*: *Cons. 438* Oceani coniux
*Thebani*: *v.* Aonides
Theseus *12,4*
Thetis *bis Cons. 440,* -dī *433*
pater ... Tiberinus *Cons. 221,* -ne *233. 247*
*Tiberius Caesar Drusi frater*: *Cons. 4. 16. 89. 155. 159. 171. 411. 423. 471 s. v.* Nero
Tibur *75,9*
nutrix Tithoni *57,4.* -um *76,4*
o Triphalie *83,9*
Troica ... mentula *Paris 68,9*
Tuscus ... haruspex *32,5*
Tydeus *80,5*
Venus *36,4. 83,6. 45,* -ri *Cons. 245,* -rem *75,14*
Vesta *1,3.* pudicior -a *31,2*
sacra ... via *21,4*
*M. Vipsanius v.* Agrippa
Vlixe *68,33,* error fallentis -xei *68,19 v.* Dulichius
*Volcanus*: *75,11* deo ... tardo; *v. et* Lemnos
Vrbs *Cons. 181,* -em *177. 183,* -e *294.* conditor Vrbis *241.* Vrbanas ... portas *Nux 137. v. 138* muris. — *cf.* Campus, colles, mausolaeum, Romanus, templum, via
*Xanthus fluvius*: amnes *Cons. 233*

## II. VOCABVLA LASCIVA ET AMBIGVA EX PRIAPEIS

impudica verba *8,2*
obscaena ... improbaque verba *29,1*
versibus obscaenis *49,3*
impudicum ostendis digitum *56,2*
ficosissimus ambulet *41,4*
penis *6,2. 18,1. 37,3. 40,3. 83,5.19*
ventris arma *36,3*
columna *10,8*
conto ... pedali *11,3*
fascino pedali *28,3.* rubente *83,8.* tento *79,1.* fascinosior *79,4*
hasta *43,1.4*
(h)illa *68,18(?)*
inguen *1,6.* inguina *10,8. 73,2. 83,14. 43*
latus *26,11. 83,45.* latera *68,34*
membrum *68,25.* m. seminale *26,2.* m. unde procreamur *37,2*
membrosior aequo *1,5*
mentula *2,8. 8,5. 9,13. 12,7. 20,6. 23,5. 29,4. 37,7.14. 39,6. 45,7. 49,4. 50,7. 52,12. 68,8. 10. 11. 22. 69,4. 70,7. 73,2. 80,1.4.* mentulatior *36,11*

mutin(i)o *72, 2.* mutuniatus *52, 10*
natura *38, 2*
nervus *63, 14. 68, 33 ambigue. 83, 42*
nota virilis *66, 1*; *cf. 36, 1*
pars tegenda *1, 7.* obscaena pars *9, 1.* parte tua maiore *30, 1.* parti, cuius tu, pater, ipse pars videris *37, 8.* partem . . ., per quam significor Priapus esse *48, 1*
psole *68, 5*
pyramis *63, 14*
pubes *24, 7*
*sarcina*: sarcinosior *79, 4?*
sceptrum *24, 1. 3*
stator hic libidinosus *52, 3*
telum *9, 14. 55, 4*
grandia vasa *68, 24*
tenta vena *33, 2*
verpa *34, 5* [illa *68, 18*
hanc *1, 8. 6, 4* ista *sing. 56, 3*
colei *14, 8. 29, 4.* capulum . . . coleorum *24, 7*
testibus *ambigue 15, 7*
pensilibus peculiati *52, 7*
pares *50, 6*
curvi lumbi *51, 4*
culus *11, 3. 31, 4. 68, 6*; *cf.* tuus hortus *5, 4 et 3, 7*
natem *83, 23.* nates *22, 2*
podices *77, 9*
umbilicus *23, 6*
cunnus *22, 2. 29, 4. 39, 8. 46, 10. 68, 9. 28*; *describitur 12, 13. 83, 28 ss.*
ara *73, 4*
inguinis fossas *46, 9.* atra inguina *83, 27*
landicae . . . fossis *78, 5*
alterius . . . loci *3, 8*
specus *83, 28*
clunis *19, 2*
lumbus *19, 4*
nates *27, 2*

*coitus*: opus edat *4, 4.* ista res *15, 7.* laterum opus *68, 34*
*verba*: *coire cum femina*: ne desim sibi mentulâ (fututor *57, 6*) *12, 7.* fuit puella tecum *14, 3*
dare *3, 7. 50, 2 bis*
futuere *13, 1*
laxa esse mihi femina nulla potest *18, 2*
fricare *32, 14*
quo vena subiret *33, 2*
satis omnibus futura *34, 3*
viros perigere *34, 4*
teram dolemque *46, 9, cf. 83, 24*
lasciviendo languidum reddat *47, 4*
fruor *50, 5*
*mentulam* intra viscera habere *66, 4*
per medias ire puellas *74, 1*
*mentulam* fovebit apprimetve lucidum femur *83, 25*
voret fossa lubricum caput *83, 32*; *cf. 37*
venus ruperit latus *83, 45*
pedicare *3, 9. 28, 3. 35, 1. 5. 38, 3. 67. 1*; *cf. 6, 6. 7, 2. 24, 3. 25, 6. 52, 4*
percidere *13, 1. 15, 6*
caedere *26, 10*
laxare *31, 3*
traiectus . . . extendere *11, 3*
excavare *51, 4*
alternis et eundo et exeundo porta te faciet patentiorem *52, 5*
fodere *52, 8, cf.* hortus *5, 4*
scindere *54, 2.* scindere podices *77, 9*
laxior redibit *17, 3*
effeminato . . . culo *58, 2*
impudicus exis *59, 2*
dare *3, 1. 3. 5. 5, 4. 38, 4. 67, 4*
*mentulam* cacare *i. pedicari 69, 4*

tibi bracchia macra dabo 72, 4
per medios ibit pueros 74, 1
perforare 76, 3
iactura natis 77, 7
verset natem 82, 23
irrumare 35, 2. 5. 44, 4. 56, 6. 70, 13; *cf.* 22, 2 caput . . . praebeat. 28, 5 altiora tangam. 30, 5. 74, 2 summa petam. 13, 2 tertia poena
fiet amica manus 33, 6
tentigo 23, 4. 33, 5. prurigo 27, 3; *cf.* 46, 10. 58, 2
crissare 19, 4. prurire 26, 4. passeribus salacior 26, 5. pruri⟨gin⟩osa 63, 18. rigere 70, 8. 83, 42 (45, 1 rigidus deus)
*nervum* intendere *ambigue* 68, 35. tendere *ambigue* 68, 33. *mentula* tenta 20, 6. 27, 6. 73, 2. 79, 1. 81, 2. 82, 6. tensior 6, 4. 68, 16. *mentula* crescit 80, 1. extulit caput 83, 5. nervus excubet libidine 83, 42. inguina arrigat tumor 83, 43. arrectus *ambigue* 68, 32. *mentula* madida 48, 1 *ss.* paratus 46, 7. incitatus erucis 47, 6. ruber et valens 26, 9. valentior 68, 31. effututus 26, 7
fornix 14, 10
spado 15, 3. Gallus *ambigue* 55, 6
cinaedus 24, 5. 45, 4. 46, 2. mollior anseris medulla 64, 1
pathica puella 25, 3. 40, 4. 48, 5. 73, 1
fututor 57, 6. 58, 4. 63, 16. 68, 30
pedicones 68, 8
cunnilinge 78, 2

[plagulas benigne mecum correxerunt Georgius Dittmann Albertus Hartmann]

ti

POETAE LATINI MINORES

# POETAE LATINI MINORES

EDIDIT

F. VOLLMER

VOL. II. 2

OVIDI NVX · CONSOLATIO AD LIVIAM
PRIAPEA

L I P S I A E
AEDIBVS B. G. TEVBNERI

ti

# POETAE LATINI MINORES

POST AEMILIVM BAEHRENS

ITERVM RECENSVIT

FRIDERICVS VOLLMER

VOL. II · FASC. 3

## HOMERVS LATINVS

LIPSIAE IN AEDIBVS B. G. TEVBNERI MCMXIII

LIPSIAE: TYPIS B. G. TEVBNERI.

II FASC. 3

# HOMERVS LATINVS

ID EST

# BAEBII ITALICI ILIAS LATINA

# PRAEFATIO

*Baebii Italici*[1] *epitomen Iliados Baehrens qui ut in aliis poetis ita in hoc primus fundamentum solidum criticis iecit, ediderat ex octo codicibus, qui erant hice:*

**B** *cod. musei Britannici Londoniensis 20963 (Add. 15601) saec. XII—XIII, olim* monasterii Caelestinorum Avinionis *(Avignon), qui fol.* $102^V$ *ad* $108^R$ *exhibet v. 1—882. manum primam* $B^1$ *correxerunt vel depravaverunt* $B^2$ *fere saec. XIII°,* $B^3$ *saec. XV° aut XVI°.*

**E** *pars Erfurtani bibl. Amplon. 12° 20, fol. 105—131, scripta saec. XI°; v. Schum, catal. p. 779; Ritschl opusc. III 842ss.; Th. Krafft, progr. gymn. Nürnberg 1874; correcta saec. XII° ab* $E^2$, *saec. fere XIV° ab* $E^3$.

**F** *Florentinus Laur. 68, 24 saec.* $XI^i$; *descripsit C. Schenkl, Zeitschr. f. österr. Gymn. 26, 1875, 243 ss.; cf. et Bandini catal. II p. 850; contextum in foliis* $55^V$ — $74^R$ *emendavit vel mutavit* $F^2$ *fere saec. XII°.*

**G** *Guelferbytanus Extravag. 301 saec. XII — XIII fol.* $17^V$ — $29^R$. *ex quo periit quaternio III: servati sunt v. 1—181 scripti a* $G^1$; *v. 626—651 scripti a* $G^2$ *(fere XIII—XIV saec.), v. 652—1070 scripti a* $G^1$; *marginibus*

---

1) *nomen poetae plenum Baehrens nondum noverat, quamquam de acrostichis rectum tulerat iudicium; a. 1890 primus H. Schenkl (Wiener Studien 12, 317) publicavit titulum cod. Vindobonensis (v. infra p. VI) nec tamen aut ipse aut post eum quisquam ausus est probare et verum agnoscere. nempe librarius ille qui acrostichide non perspecta proferre poterat iustum cognomen ITALICVS, idem si gentile addit BEBIVS, ego non dubito quin utrumque ex bono puroque hauserit fonte, scilicet ex codice carminis deperdito. quam maxime doleo quod cum de acrostichis carminis disputarem (Sitz.-Ber. d. Münch. Akad. I Kl. 1909 Abh. 9 p. 12ss.) codicis Vindobonensis non memineram.*

*circumcisis perierunt praeterea fere versus 783—5, 810—2, 836—8, 862—3.*

**L** *Leidensis bibl. univ. Voss. lat. 8° 89 saec. XI$^i$, fol. 29$^R$—56$^R$; de libro egit L. Müller, Fleckeis. Jahrb. 85, 1862 p. 729 ss. manus correctrix* L$^2$ *non multo recentior priore multa mutavit.*

**M** *Monacensis lat. 19463 ex Tegernsee saec. XII$^i$ fol. 13—35; v. catalog. et H. C. Remme, de Hom. lat. codicum fatis diss. Monac. 1906 p. 24: non pauca mutavit M$^2$.*

**N** *Monacensis lat. 19462 ex Tegernsee saec. XII$^i$ fol. 1—18$^R$, correctus item non paucis locis ab* N$^2$; *mutilati sunt casu v. 992—1003 et 1024—1040.*

**V** *Venetus lat. 497 saec. XII$^i$ fol. 59$^R$—65$^R$; admodum pauca mutavit* V$^2$.

*horum omnium mihi praeter* MN, *quos et ipse contuli, praesto sunt photographa: Baehrens in conferendis solito neglegentius egit, praecipue de* M *et* N *multa rettulit quae omnino falsa sunt.*

*Baehrensium fugerat codex* D, *de quo iam a. 1872 plene relatum erat; post editionem innotuerunt* AWPCR.

**A** *folium ultimum pulchri codicis saec. X$^i$, quo nunc involutus est cod. Brüssel Bibl. Roy. 4344; v. Thomas, Catal. des Mss. de class. lat. de la Bibl. Roy. de Brux. 1896 n. 29 p. 13; Vollmer, Festschrift f. Vahlen 1900 p. 477. leguntur hodie soli v. 1048—57 et 1065—70.*

**W** *cod. Valenciennes, bibl. publ. 448 (420) olim S. Amandi saec. X—XI, descriptus a Mangeart, Catal. des manuscrits de la bibl. publ. de V. 1849 p. 415; Catalogue général d. bibl. publ. d. l. Fr., départ. XXV p. 384; Vollmer Festschrift f. Vahlen p. 469 s. LIBER HOMERI POETAE occupat fol. 100$^V$—116$^V$. Verba a* W$^1$ *scripta correxerunt vel mutaverunt* W$^2$ *fere saec. XII° et* W$^3$ *fere saec. XIV°. multi locis* W$^1$ *hodie plane periit.*

**P** *cod. Antwerpen, Musée Plantin-Moretus 89 (= D 66) saec. X—XI. quem librum fuse descripsi Festschrift f. Vahlen p. 468 ss.: antea erat monasterii Koningsdaal prope*

*Gent. Homerus legitur fol.* $17^V - 35^V$. *aliqua correxit* $P^2$ *brevi post* $P^1$, *rarissime* $P^3$ *vel* $P^4$ *lectiones addiderunt.*

**C** *cod. St. Claude (Dép. Jura), bibl. mun. 2, saec. fere XI^i ineuntis, breviter descriptus in libro Catalogue des Dép. XXI, 1893, p. 139s., fusius a me in Sitz.-Ber. 1913, Abh. 3 p. 5—7; habet Homerum fol.* $75^V - 95^V$.

**D** *cod. Prag. bibl. univ. 1625 (VIII H 7) saec. XII^i, descripsit Kelle, Abh. d. Böhm. Ges. d. Wiss. VI. Folge Band V (1872) p. 37s., post Truhlár catal. I p. 604; leguntur Homeri v. 1—337 sine titulo fol.* $12^{VB} - 14^V$, *correcti hic illic a* $D^2$ *fere saec. XIII^o et a* $D^3$ *fere saec. XV^o.*

**R** *cod. Regensburg, Proske'sche Musik-Bibl. sine numero, repertus a. 1863 in archio monasterii Obermünster, saec. fere X—XI, ex quo non servati sunt nisi v. 497—586 et v. 648—906; codex nondum absolutus erat, desunt initiales v. 648—735, 849—906; descripsit J. Stiglmayr, Prager Studien a. d. G. d. kl. Altertumswiss. Heft 3, 1894, p. 3ss.*

*quos adhuc enumeravi codices aut denuo aut primus omnes contuli et collationes ad photographa recognovi. lectiones eorum plene publici iuris facturus in Sitz.-Ber. Münch. Ak. 1913 Abh. 3 in editione excerpsi quae ad constituenda poetae verba et ad dinoscendas codicum familias opus sunt. novi praeterea fere 50 recentiores, quorum indicem protuli l. l.; omnes conferre nec potui nec volui, tamen haud paucos inspexi et certos locos contuli. saepius laudavi solum Helmstadiensem (Wolfenbüttel. Helmstad. 384, ante 349, olim Misc. 32) saec. fere XIII^i, in quo perierunt v. 1—266. nomino hoc loco etiam Vindobonensem lat. 3509 chart. saec. XV^i (cf H. Schenkl l. s. p. IV nota 1 l.), quia in eo rubricator titulum adscripsit* Bebii Italici poetae clarissimi epithome in quatuor viginti libros homeri iliados. *reliquos codices si quos singulos ad singulos locos adhibui plene nominavi.*

*versus quos ex Homero latino receperunt florilegia lectionum bonitate non superant integros codices: ideo hic non repeto quae alio loco rettuli.*

*de editionibus vetustis meum in usum diligenter inquisivit Fr. Bock; contuli ipse hasce:*

| | | |
|---|---|---|
| *α* | *editionem* | *principem ut videtur a. 1477 s. l.* |
| *β* | „ | *Ugoleti a. 1492* |
| *δ* | „ | *Antonii Denidel a. 1498* |
| *φ* | „ | *Fanensem a. 1505* |
| *λ* | „ | *Lipsiensem a. 1509* |

*moneo autem me minime omnes eorum recepisse lectiones.*

*ut codicum lectiones et auctoritates recte diiudices, sciendum ad Carolinos pervenisse unum exemplar vetustum, fortasse ex Hispania, et hoc descriptum generasse eam copiam apographorum, qua in ludis litterariis ut videtur sedulo utebantur magistri inde a nono fere saeculo. quibus in codicibus fere omnibus quamquam licentissime egerunt et qui descripserunt et qui evolvebant expellendo antiquas lectiones sive errore sive cum consilio et substituendo vel glossas vel coniecturas et interpolationes, tamen hodieque dinosci possunt duae familiae; alterius sunt* P W (A), *ex altera ducta primum stirps* MN, *tum* ELR, *denique* CFV; *notandum tamen aliquot bonas lectiones ex* PW *cum in codicis* E *exemplar tum plures in id unde deducti sunt* CFV *translatas esse. recentiores ut* BG Helmstadiensis *alii omnes mixti sunt generis.*

*hactenus de codicibus. quod autem in illis carmen mille fere versuum in 24 libros discriptum legitur, tantum abest ut ipsum Italicum hoc praecepisse credam, ut exeunte imperio Romano tum cum in Italia adhuc evolvebantur libri Graeci iam magistellum aliquem epitomen in usum scholarum redegisse inde concludam. ideo in apparatum non recepi codicum de librorum finibus et initiis adnotationes nedum errores hoc in loco a singulis commissos. addo in margine imo indicem*[1]);

1)

| | | | |
|---|---|---|---|
| *Liber I* | *v. 1—110* | *X* | *v. 696—740* |
| *II* | *111—251* | *XI* | *741—757* |
| *III* | *252—343* | *XII* | *758—771* |
| *IV* | *344—388* | *XIII* | *772—778* |
| *V* | *389—537* | *XIV* | *779—789* |
| *VI* | *538—563* | *XV* | *790—804* |
| *VII* | *564—649* | *XVI* | *805—855* |
| *VIII* | *650—685* | *XVII* | *856—858* |
| *IX* | *686—695* | *XVIII* | *859—891* |

*cetera vide in Sitz.-Ber. 1913 p. 17—20. pro hac inutili divisione quae nec cum Homero semper concinit, malui in carmine latino singulis adspergere versibus quos graecos epitomator repetit; ita simul elucet quibus in partibus propriam artem et inventionem praestiterit.*

*quae qui philologi inde ab editione principe in explicando et emendando carmine meruerint, copiose persequi non huius est loci. fors tulit ut Nederlandici optima et plurima perficerent: Petrus Bondam in variis lectionibus et animadversionibus, Adrianus van Dorp et Joh. Schrader in observationibus: quae splendide excogitaverat E. W. Higt, eorum partem suspicabantur posteriores Joannem van der Dussen (prodromus novae Pindari Thebani editionis Campis 1769) furtim surripuisse; quae Higtio reddere poterat, reddidit van Kooten ex eius exemplari; haud pauca correxit Antonius de Rooy in spicilegiis criticis 1771. Congessit priorum studia suisque adauxit Jo. Christ. Wernsdorf in Poet. lat. min. volumine IV Helmstätt 1784 (repetita a Lemairio Paris 1824 Vol. III p. 455ss.). Theodoro van Kooten non contigit ut ea quae auctore Jo. Schrader elaboraverat usque ad a. 1785 ad bonum finem perduceret; haec retractavit et edidit Henricus Weytingh, cuius liber prodiit a. 1809 Lugduni Bat. et Amstelaedami. post multos annos primus Lucianus Mueller versus edidit (Über den Auszug a. d. Ilias, den sog. Pind. Theb., Berolini 1857) ita ut non ad vivom resecaret; Aemilii Baehrensii ut in aliis poetis latinis ita de hoc egregie meruit cum primus vulgatam expelleret lectionem, fidem substitueret codicum (Poet. lat. min. III 1881), non satis laudatus ab Ottone Rossbach (Hermes 17, 1882, p. 515—521). fere nihil praestitit Frid. Plessis in editione (Paris 1885): recte de libro iudicavit R. Ehwald (Philol. Anzeiger 17, 1887, p. 46—59). quae alia viri docti de Homero latino dixerunt, habes collecta apud Engelmann bibl. class. II 277*

---

| | | | |
|---|---|---|---|
| *Liber XIX* | *892—910* | *XXII* | *944—1003* |
| *XX* | *911—930* | *XXIII* | *1004—1014* |
| *XXI* | *931—943* | *XXIV* | *1015—1070* |

*et apud Tolkiehn, Bursians Jahresber. 158, 37ss.; nomino dissertationem Henrici C. Remme qui me auctore de Homeri latini codicum fatis scripsit (Monaci 1906) et quae ipse de acrostichis disputavi (Sitz.-Ber. d. Münch. Ak. I Kl. 1909 Abh. 9 p. 12s.); denique qui plura de codicibus et memoria Italici desiderabit denuo relego ad ea quae plenius quam hanc praefationem decebat exposui in Sitz.-Ber. d. Münch. Ak. I Kl. 1913 Abh. 3.*

*dabam Monaci Kal. Febr. a. 1913.*

*FR. VOLLMER.*

# CONSPECTVS CODICVM

**A** Brüssel bibl. reg. 4344 saec. X: restant soli v. 1048—57; 1065—70

**W** Valenciennes bibl. publ. 448 saec. X—XI

**P** Antwerpen mus. Plantin 89 saec. X—XI

**B** London Brit. Mus. 20963 saec. XII—XIII; v. 1—882

**C** St. Claude bibl. mun. 2 saec. XI

**D** Prag bibl. univ. 1625 saec. XII; v. 1—337

**E** Erfurt Amplon. 12° 20 saec. XI

**F** Florenz Laur. 68, 24 saec. XI

**G** Wolfenbüttel Extravag. 301 saec. XII—XIII
servati: v. 1—181 $G^1$
626—651 $G^2$
652—1070 $G^1$

**L** Leyden bibl. univ. Voss. lat. 8° 89 saec. XI

**M** München lat. 19463 saec. XII

**N** „ „ 19462 „ XII

**R** Regensburg bibl. Proske saec. X—XI
servati: v. 497—586
648—906

**V** Venedig lat. 497 saec. XII

editiones:

α s. l. a. 1477
β Vgoleti a. 1492
δ Antonii Denidel a. 1498
φ Fanensis a. 1505
λ Lipsiensis a. 1509



# BAEBI ITALICI ILIAS

A 1 ss. Iram pande mihi Pelidae, Diva, superbi,
Tristia quae miseris iniecit funera Grais
Atque animas fortes heroum tradidit Orco
Latrantumque dedit rostris volucrumque trahendos
Illorum exsangues inhumatis ossibus artus.
Confiebat enim summi sententia regis,
† Protulerant ex quo discordia pectora turbas,
Sceptriger Atrides et bello clarus Achilles.
8 quis deus hos ira tristi contendere iussit?
Latonae et magni proles Iovis. ille Pelasgum
infestus regi pestem in praecordia misit
implicuitque gravi Danaorum corpora morbo.
nam quondam Chryses, sollemni tempora vitta
implicitus, raptae flevit solacia natae

7 *Ermenricus epist. ad Grimaldum (a. 850—55) Mon. Germ. hist. Epist. V 545, 24:* E poetice corripitur apud Homerum in Iliade: Pertulĕrunt ex quo discordia pectora turmas

TIT.: Bebii Italici poetae clarissimi epithome in quatuor viginti libros homeri iliados *cod. Vind. lat. 3509 (saec. XV)*; Homeri liber *vel* Homerus Ω; Pindaro *vel* Pindaro Thebano *adscribunt* ς **2** qu(a)e *Hugo Trimbergensis et* $B^2 M^2 \beta \delta \lambda$, quis $PW^1$, qui $\Omega \alpha \varphi$ **3** animas $B^2 E^2 G^2 L^2 M^2 \beta$, animos (-is $L^1$) Ω **6** Confiebat *Schrader et Higt*, Conficiebat Ω **7** Pertulerant (Prot- *PW*) ex quo Ω, Pertulerunt ex quo *Ermenricus*, Ex quo pertulerant *B* ς, Ex quo contulerant λ; *versus incipiebat ab* V *littera, emendatio incerta:* Versarant *Döring*, Volverunt *Havet*, Vt primum tulerant *Baehrens* | discordia pectora *(Ermenricus)* Ω, discordi pectore $EDN^2 V^{corr.} \alpha \beta \delta$ | turbas *Havet*, turmas *(Ermenricus)*, pugnas (-am *N*, -is *F V*, -nę $W^2$) Ω **11** Infestus (χολωθείς) *Bruntsma*, Infestam Ω | pestem *i. amorem Chryseidos (v. v. 26)* | praecordia *(cf v. 25)* Ω, praetoria *male Schrader* **13** timpora uitta (uicta *D M*) *B C D F G M N*, tempore uit(a)e (uittę *V*) $P W^1 E^1 L^1 V$

11 invisosque dies invisaque tempora noctis
egit et assiduis implevit questibus auras.
postquam nulla dies animum maerore levabat
nullaque lenibant patrios solacia fletus,
castra petit Danaum genibusque affusus Atridae
per superos regnique decus miserabilis orat,
ut sibi causa suae reddatur nata salutis.
dona simul praefert. vincuntur fletibus eius
22 Myrmidones reddique patri Chryseida censent.
sed negat Atrides Chrysenque excedere castris
despecta pietate iubet; ferus ossibus imis
haeret amor spernitque preces damnosa libido.
33 contemptus repetit Phoebeia templa sacerdos
squalidaque infestis maerens secat unguibus ora
dilaceratque comas annosaque tempora plangit.
mox ubi depositi gemitus lacrimaeque quierunt,
Fatidici his sacras compellat vocibus aures:
37 'quid coluisse mihi tua, Delphice, numina prodest
— aut castam multos vitam duxisse per annos?
quidve iuvat sacros posuisse altaribus ignes,
— si tuus externo iam spernor ab hoste sacerdos?
— en, haec desertae redduntur dona senectae?
— si gratus tibi sum, sim te sub vindice tutus.
— aut si qua, ut luerem sub acerbo crimine poenas,
— inscius admisi, cur o tua dextera cessat?

17 leuabat *Ω*, leuauit *PWB* 22 praefert *Ω*, profert *Mαβδ* 29 tempora *Ω*, pectora *EM; at cf. Φ 33 κεφαλήν* 31 Fatidici his *Higt*, Fatidicis (Va- $E^1G$; -us $N^1$) *Ω*, Fatidici $VW^2$ | compellat *PWCEF*, compellit $BD^1GLMNV$ | aures *Ω*, aras *G*, aras vel aures *E* 32 delphice numina *αβδ*, numina delphice (*vel* delf-) *Ω* 33 Aut *Ω*, Et *E* | multos uitam *BE*, uitam multos *PWCDFGLMNV* 35 Si *Ω*, Sic *M* 37 Si gr. t. s. *Ω*, Si (Sic *N*) t. s. gr. *GN* | sim *Ω*, sum *N*, si *M* | uindice *WDEV*, iudice $PB^1CFGLMN$ 38 Aut (Au *B*) *Ω*, At *D* | qua ut $PW^1E^1L^1N^1$, quam ut $B^1CFVE^2L^2$, quas ut $DW^2$, quas (*om.* ut) *M*, quid ut $GN^2$ | p(o)enas $PWDE^1GM$, p(o)enam *BCFNV*, poena *an* -as *incertum* $L^1$ 39 admisi (amm- *LV*) $WBCELNVP^2G^2$, admissi $P^1FM$, amisi $DG^1$

A posco sacros arcus: in me tua derige tela;
— auctor mortis erit certe deus. ecce merentem
— fige patrem: cur nata luit peccata parentis
— atque hostis duri patitur miseranda cubile?'
43 dixerat. ille sui motus prece vatis acerbis
48 luctibus infestat Danaos pestemquè per omnes
immittit populos: vulgus ruit undique Graium
vixque rogis superest tellus, vix ignibus aer;
deerat ager tumulis. iam noctis sidera nonae
transierant decimusque dies patefecerat orbem,
54 cum Danaum proceres in coetum clarus Achilles
convocat et causas hortatur pestis iniquae
69 edere Thestoriden. tunc Calchas numina divum
consulit et causam pariter finemque malorum
invenit effarique verens ope tutus Achillis
haec ait 'infesti placemus numina Phoebi
reddamusque pio castam Chryseida patri,
si volumus, Danai, portus intrare salutis'.
101 dixerat; exarsit subito violentia regis:
Thestoriden dictis primum compellat amaris
mendacemque vocat; tum magnum incusat Achillem
inque vicem ducis invicti convicia suffert.
confremuere omnes: tandem clamore represso
cogitur invitos aeger dimittere amores
intactamque pio reddit Chryseida patri
430 multaque dona super; quam cunctis notus Vlixes
impositam puppi patrias devexit ad arces

**40** Posco *Susan Fowler,* Posce Ω | dirige Ω **44** motus prece uatis *B,* uatis pr. motus Ω, pr. uatis motus *N* **47** aer Ω, arbor *Schrader ex Ov. met. 7,613* **48** noctis s. nonae (none *om.* $E^1$) Ω, nonae s. noctis *W* **50** Cum *CF,* Tum *PWDELNV,* Dum *M,* Tunc *BG* **52** Edere Ω, Prodere *P,* Perdere *corr. in* Pandere *W* | t(h)estoriden *WEG,* -em *vel* -ẽ *cett.* | tunc Ω, tum *PNV* **53** causam *CDEFLMN,* causas *PWBGV* | malorum Ω, laborum *L* **59** *om. P* | Thestoriden *W,* -em *vel* -ẽ *cett.* compellat Ω, -it $L^1VB^2$ **60** tum Ω, tunc $GLVE^2$ **63** inuitos Ω, inuisos αβδ*; intellege: quae regem non amabat;* amores *ipsam Chryseida denotat* **64** reddit Ω, reddi $DW^2$ **66** arces Ω, horas *G*

A 478 atque iterum ad Danaum classes sua vela retorsit.
457 protinus infesti placantur numina Phoebi
et prope consumptae vires redduntur Achivis.
318 non tamen Atridae Chryseidos excidit ardor:
maeret et amissos deceptus luget amores.
mox rapta magnum Briseide privat Achillem
solaturque suos alienis ignibus ignes.
190 at ferus Aeacides nudato protinus ense
tendit in Atriden et, ni sibi reddat honestae
munera militiae, letum crudele minatur
nec minus ille parat contra defendere se ense.
194 quod nisi casta manu Pallas tenuisset Achillem,
turpem caecus amor famam liquisset in aevum
gentibus Argolicis. contenta voce minisque
351 invocat aequoreae Pelides numina matris,
ne se Plistheniden contra patiatur inultum.
357 at Thetis audita nati prece deserit undas
castraque Myrmidonum iuxta petit et monet, armis
422 abstineat dextram ac congressibus: inde per auras
497 emicat aethereas et in aurea sidera fertur.
tunc genibus regis sparsis affusa capillis
503 'pro nato veni genetrix en ad tua supplex

---

67 danaum classes *CDEFGLMN*, classes danaum *PWBV* 69 *versum exhibent PW Brux. 2718 Paris. 14909 Mon. 5594 Vind., om. cett. et αβδ* 70 atrid(a)e Ω, -di $W^1CFGM$ | c(h)riseidis (-des $L^1$) Ω 71 M(a)eret Ω, Heret *P* | deceptus $PWE^1G$, decom(p)tus $B^1CDFLMN$ 72 briseide (-da $MN^1$) Ω, c(h)riseide $PC^1D^1$ 75 at(h)riden *WE*, -em *vel* -ē *cett.* 76 se ense *PWBLV*, sense $G^1$, ense $N^1$, sese *CDEFM* 80 Gentibus *WBEGMN*, Mentibus $PCD^1FLV$ | contenta *L*, contempta Ω 82 Plistheniden *Th. Bergk*, plus thetis Ω 83 At t(h)etis Ω, Et thetis $E^1$, Thetis et $P^1$ | nati prece Ω, prece nati *PB* 84 s. Castraque myrmidonum iuxta petit et monet armis Abstineat dextram ac (dextre $E^1$) congressus (-ibus *Th. Bergk*) inde per auras $PWE^1$, Castraque mirmidonum pr(a)eteruolat inde (preceps uolat atque *V*) per auras $BCDFGLMNVE^2$ 87 sparsis a. capillis Ω, sparsos a. (*vel* e.) capillos (-is $M^1$) $E^1L^1M$ | affusa Ω, effusa $CD^1E^1FM$ 88 Pro Ω, A *P* | ueni Ω, uenio $B^1L^2$, uenit $M^2$

A numina, summe parens: ulciscere meque meumque
pignus ab Atrida. quodsi permittitur illi,
ut flammas inpune mei violarit Achillis,
turpiter occiderit superata libidine virtus.'
517 Iuppiter haec contra 'tristes depone querelas,
magni diva maris, mecum labor iste manebit.
— tu solare tui maerentia pectora nati'.
dixit, at illa leves caeli delapsa per auras
532 litus adit patrium gratasque sororibus undas.
539 offensa est Iuno 'tantum'que ait, 'optime coniunx,
Doride nata valet, tantum debetur Achilli,
ut mihi, quae coniunx dicor tua quaeque sororis
dulce fero nomen, dilectos fundere Achivos
et Troum renovare velis in proelia vires?
haec ita dona refers nobis? sic diligor a te?'
talibus incusat dictis irata Tonantem
inque vicem summi patitur convicia regis.
571 tandem interposito lis Ignipotente resedit
— conciliumque simul genitor dimittit Olympi
602 et dapibus divi curant sua corpora largis.
605 interea sol emenso decedit Olympo:
inde petunt thalamos iucundaque dona quietis.

---

**89** meque meumque $\Omega$, *om.* $P^1$, *item* meumque *om.* $W^1$ **90** Pignus *Higt,* Corpus $\Omega$ **91** uiolarit $PWCDFVE^2L^2$, uiolaret $BE^1GL^1MN$ **92** Turpiter *eqs. totum versum hic habent in ordine PWDN, omiserunt in ordine* $B^1CE^1F^1G^1L^1MV$, *in margine post v. 91 suppleverunt* $E^1B^2F^2L^2$, *post 96 in contextu dat M; inter 91 et 95 scripserat* $G^1$ *duos versus, tres substituit* $G^2$; $F^2$ *in margine addidit:* Turpiter illius uirtus prostrata iacebit **93** haec *(PWCF,* huic *BDELMNV)* contra $\Omega$, huic dixit *B V; cf. 271. 988* **96** leues $\Omega$, leuis $E^1LN^1V$; *cf. Verg. Aen. 11, 595* **100** coni. dicor tua $\Omega$, decor t. c. *E* **101** Dulce fero nomen $\Omega$, N. d. fero *B* **103** h(a)ec ita $\Omega$, haecine *Higt,* haec tu *Wernsdorf* **106** Ignipotente *Higt,* omnipotente $\Omega$; *cf. v. 862* **107. 109. 108** *sic versus transposui,* 108. 107. 109 *voluit ordinari Higt,* 109. 108. 107 *L. Müller,* 107. 109. 110. 108 *Havet* **107** Conciliumque $\Omega$, Cons- *BCFLMNV* | olympi $\Omega$, -po $EL^1$ **109** dapibus diui (-um *M*) curant sua corpora largis *BCDEFGLMNV*, dapibus largis c. s. c. diui *PW*

*B* 1 nox erat et toto fulgebant sidera mundo
humanumque genus requies divumque tenebat,
7 cum pater omnipotens Somnum vocat atque ita fatur:
'vade age per tenues auras, lenissime divum,
Argolicique ducis celeri pete castra volatu
dumque tuo premitur sopitus pondere dulci,
haec illi mandata refer: cum crastina primum
extulerit Titana dies noctemque fugarit,
cogat in arma viros incautumque occupet hostem.'
16 nec mora, Somnus abit levibusque per aera pennis
devolat in thalamos Agamemnonis: ille sopore
corpus inundatum leni prostratus habebat.
ad quem sic loquitur curarum operumque levator:
'rex Danaum Atrida, vigila et mandata Tonantis,
quae tibi iussa simul delatus ab aethere porto,
accipe: cum primum Titan se emerserit undis,
fortibus arma iube socios aptare lacertis
et petere Iliacos instructo milite campos.'
35 dixit et has repetit per quas modo venerat auras.
48 interea lucem terris dedit ignea lampas.
convocat attonitus iussis Pelopeius heros
55 in coetum proceres remque omnibus ordine pandit.
cuncti promittunt socias in proelia vires

---

**111** *cf. Gesta Berengarii (PMA IV) 1, 127* **128** *cf. Gesta Ber. 3, 37*

---

**111** mundo $CDFGMN^1$, mundo vel celo *L*, c(a)elo *PWB* $EVN^2$ | cęlo f. s. toto *E* **112** requies (-em *E*) diuumque $BCDEFGLMNVP^2W^2$, diuum requiesque $P^1$ *et ut vid.* $W^1$ | tenebat Ω, -ant *E*, manebat *M* **113** Cum $B^3$ *et Higt*, Tum $CDE^1FGMNV$, Tunc $PWB^1LE^2$ | omnipotens(*partim* omps) Ω, omnipudens *FL* **114** lenissime (lin- *C*) $PWBCFNL^2$, leuissime (-que leu- *M*) $DEGL^1MV$ **115** Argolicique Ω, -umque *M* **116** Dumque Ω, Cumque *CF* **124** atrida $PWB^1NVE^2L^2$, -de $CDE^1FL^1MB^2$, -des *G* **125** iussa Ω *(i. simul ac iussa sunt)*, missa λ *volgo* | delatus Ω, delapsus *DM* **126** se emerserit $PWMN^2$, emerserit $BCDEFGLN^1V$; *cf. Manil. 5,198. Avien. perieg. 126* | undis Ω, undas *E* **130** lucem terris Ω, terris lucem *B* **131** iussis *PWCDGLV*, uisis *EMN*, iussit *F*, iussu *B*; *cf. Verg. Aen. 3, 172*

B hortanturque ducem; quorum rex fortia dictis
pectora collaudat: grates agit omnibus aequas.
212 hic tunc Thersites, quo non deformior alter
venerat ad Troiam nec lingua protervior ulli,
bella gerenda negat patrias hortatus ad oras
244 vertere iter; quem consiliis inlustris Vlixes
265 correptum dictis sceptro percussit eburno.
— tum vero ardescit conceptis litibus ira:
— vix telis caruere manus, ad sidera clamor
— tollitur et cunctos pugnandi corripit ardor.
284 tandem sollertis prudentia Nestoris aevo
compressam miti sedavit pectore turbam
admonuitque duces dictis, responsa recordans
308 temporis illius, quo visus in Aulide serpens
consumpsit volucrum bis quattuor arbore fetus
atque ipsam invalido pugnantem corpore contra
addidit extremo natorum funere matrem.
tunc 'sic deinde' senex 'moneo remoneboque, Achivi:
322 in decimo labor est, Calchas quem dixerat, anno,
quo caderet Danaum victricibus Ilion armis
. . . . . . . . . . . . . . . . . . . . ,
335 assensere omnes, laudatur Nestoris aetas

**134** ducem $\Omega$: *Agamemnona etiam incitant* **135** collaudat (-ans $B\,W^2L^2$) grates (gratesque $E$) agit (ait $M$) $\Omega$ **136** Hic $\Omega$, Hinc ς: *an* His? | tunc $P\,W\,C\,F\,G\,N\,V$, tum $B\,D\,E\,L\,M$ | non $\Omega$, nec $V\,E^2$ **137** *versum om. B;* **137. 138** *scripserat* $G^1$, *sed erasit iterumque scripsit* $G^2$ | nec lingua proteruior ulli $P$, nec lingua *(haec duo verba erasa in* $W^1$*)* pr. alter $W^1C\,D\,F\,L^1M\,N\,V\,E^2$, linguaque (-ue $G^2W^3$) pr. alter $E^1G^2L^2W^3$, lingua nec pronior ullus *cod. Virgil.* **138** patrias $\Omega$, patriasque $E\,M\,W^2$ | hortatus *Baehrens*, hortatur $\Omega$ **140** Correptum $\Omega$, Correctum $P$, Corruptum $G$ **141** Tum $\Omega$, Tunc $E\,M$, Cum $D$ | conceptis $\Omega$, conseptis $E$, consertis φ **144** sollertis $\Omega$, -ti $B^1M\,G^2$ **149** ipsam inualido $N$, ipsa (-ã $G^2$) inualido $G$, ipsam ualido *cett. et* αβδ | corpore $\Omega$, pectore $B^1V$ **151** Tunc $\Omega$, Tum $E\,G\,M\,V$ | deinde $\Omega$, inde $C\,F\,G^1V$ | moneo $\Omega$, moneo et $N$, moneor $C\,F\,L^1$ remoneboque (que *om.* $W^1D\,L^1$) $\Omega$, remonebor $C\,F$, reminiscor $M$ **152** *om.* $M$ | c(h)alc(h)as quem $\Omega$, quem c(h)alc(h)as $G\,N\,V$ *post v.* **153** *nulla in cod. lacuna*: *excidit ipsum Nestoris consilium (B 331)* **154** Assensere $\Omega$, Cons- $E$

B 442 conciliumque simul dimittitur; arma parari
dux iubet atque animos aptare et corpora pugnae.
— postera lux tacitas ut primum depulit umbras
— et nitidum Titan radiis caput extulit undis,
protinus armari socios iubet acer Atrides
et petere Iliacos instructo milite campos.
484 vos mihi nunc, Musae (quid enim non ordine nostis?),
nomina clara ducum clarosque referte parentes
et dulces patrias: nam sunt haec munera vestra.
dicamus, quot quisque rates ad Pergama duxit,
— et coeptum peragamus opus, sitque auctor Apollo
— aspiretque libens operi per singula nostro.
494 Peneleus princeps et bello Leïtus acer
Arcesilaus atrox Prothoënorque Cloniusque
Boeoti decies quinas egere carinas
et tumidos valido pulsarunt remige fluctus.
569 inde Mycenaeis Agamemnon moenibus ortus,
quem sibi bellatrix delegit Graecia regem,
centum egit plenas armato milite puppes.
586 et bis tricenis Menelai navibus ardor
609 insequitur totidemque ferox Agapenoris ira.
601 quos iuxta fidus sollerti pectore Nestor
consilioque potens gemina cum prole suorum

---

**155** Conciliumque *WDEG*, Cons- *cett.* **156** aptare *Ω*, -ri *G* | corpora *Higt*, pectora *Ω* **157** Postera *Ω*, Postea $P^1 N^1$ | depulit *Ω*, dispulit *Higt* **158** nitidum *Ω*, -dis $L N^1$ *et* $G^1$ *ut vid.* **160** instructo *Ω*, constructo *N*, armato *E; cf. v. 128* **161** Vos *Ω*, Nunc *E* **163** munera *Ω*, munia *D*, nomina $E^1$ **164** quot (quod *WM*) *Ω*, quas $L^1$; $P^1$ *n. l.* **167** P(o)eneleus (-laus $E^1$) *Ω*, Teleus *D*, Pene leo $W^1 P^2$, Peleo $P^1$ | Leitus *φ*, l(a)ertius *vel* -cius *Ω*, lortius *P* **168** Archesilaus (-los *CF*) *vel* -isilaus *Ω* | protenorque (que *om. MN*) *vel* pr(a)etenorque *Ω*, et proteuir $E^1$ | cloniusque $C D F G^1 V$, doniusque $L^1$, domusque $P W^2$ ($W^1$ *n. l.*), claniusque $E^1$, clonioque $B^1$, didoniusque *M*, cremusque *N*, clonius atque $G^2$ **169** Boeoti *van Kooten* (Boeti $L^2$), Boetes *vel* Boętes *Ω*; Boeotas *Wernsdorf* **170** pulsarunt *Ω*, sulcarunt $E^1$; *cf. v. 219* **172** bellatrix delegit *PW*, del. bell. *cett.* **177** suorum *Ω*, suorum est *(cf. v. 178) E*, suet *M*

B it ter tricenis munitus in arma carinis.
517 at Schedius virtute potens et Epistrophus ingens,
gloria Myrmidonum, saevi duo robora belli,
longa quaterdenis pulsarunt aequora proris.
740 et bis vicenas Polypoetes atque Leonteus
instruxere rates oneratas milite forti.
564 Euryalus Sthenelique decus et fortis in armis
567 Tydides valido pulsarunt remige pontum:
bis quadragenas onerarunt milite puppes.
512 Ascalaphusque potens et Ialmenus, acer uterque,
ter denas valido complerunt remige naves.
527 et bis vicenas Locrum fortissimus Aiax
736 instruxit puppes totidemque Euhaemone natus.
685 quos iuxta Graium durus comitator Achilles
cum quinquaginta materna per aequora vectus

. . . . . . . . . . . . . . . . . . . .

178 It ter $L^2$, Est ter (Ester *C et* $L^1$ *ut vid.*) Ω, Est cum *B*, Ter cum *E*, It cum $E^2$ 179 At Schedius φ, Ascedius *PW*$B^1$ *EG*$L^1$, Assedius *CF*$L^2$, Archesius *D*, Archedius *M*, Ascredius *N*, Tascedius *V* | epistropus (-phus *E*) Ω 181 Longa quaterdenis αβδφ, Longaque ter (cum *P*) denis Ω, Grandia terdenis *E* 182 polipoętes *M*, polibetes (-bitus *N*) *fere* Ω | leont(h)eus *EL*, leontheu *P* ($W^1$ *n. l.*), leontes *vel* -tas *cett.* 183 (h)oneratas *NV*$B^2$, ornatas *W*$B^1$*CD*$E^1$*FLM*, armatas *P*$E^2$; *cf. v. 186. 214* 184 Euryalus *Bondam*, Surripilus (-ulus *M*, Tu- $E^1$, Du- *V*) Ω, Eurypilus *C*, Euripilus (-ulus *N*) *LN* | Sthenelique *C. Schenkl*, stenelusque (stel- *corr. in* sten- $P^2$) *PDLV*, stelenusque *WBCEFMN* | decus *CDF*$L^1$*M et* $W^1$ *ut vid.*, decons *V*, decens $L^2$ $W^3$, duces *P*$B^1$*N*$E^2$, simul $E^1$ 185 Titides (Tith- *P*, Tyt- *D*) Ω *hic et passim* | pontum Ω, fluctus *E*, fructus *M*, puppes *(ex 186)* $L^1$ 186 Bis $L^1$φ, His *N*, Bisque *E*$L^2$, Hi *WBDFV*, Hii *PCM* | (h)onerarunt Ω, ornarunt *M*; *cf. ad v. 183* 187 Ialmenus φ, iamenus $L^2$, t(h)almenus *WV*, talineus *P*, thalamenus (et *postposuit D*) *D*$E^1$, thalam̃s (*om.* et) $L^1$, t(h)almeus *CF*, talamonius $N^1$, talamus (*om.* et) *M*, talamon $B^1$ 189 locrum Ω, locorum *F*, lucrum *M*, teucrum *D* 190 *om. V* | Eu(h)aemone *Bondam*, euchenore Ω 191 Quos Ω, Quas *P* | graium Ω, grais *MV*, grauis et $W^3$ | durus Ω, murus $L^2$ *ex Ov. met. 13, 281* | comitator *P (et* $W^1$ *ut vid.) Guelf. 76,3 Extr. 2⁰ et* λ, -tur *cett.* *post* 192 *nulla in codd. lacuna; deest versus in quo legebatur* Puppibus *vel simile et verbum primarium*

B 678 Thessalici iuvenes Phidippus et Antiphus ibant
altaque ter denis pulsarunt aequora proris.
671 et tribus † assumptis ratibus secat aequora Nireus,
653 Tlepolomusque novem Rhodius, quos viribus acer
714 Eumelus sequitur, minus una nave profectus
quam duxit Telamone satus Salaminius Aiax.
756 ast Prothous Magnes Tenthredone natus et una
540 Euboeae a † magnis Elephenor finibus ortus
627 Dulichiusque Meges, animisque insignis et armis,
638 Aetola de gente Thoas Andraemone natus,
hi quadragenas omnes duxere carinas.
631 et bis sex Ithaci naves sollertia duxit;
557 quem sequitur totidem ratibus Telamonius Aiax,
748 egregia virtute potens; simul horrida Guneus
ire bis undenis temptabat in arma carinis.
645 Idomeneus et Meriones, Cretaeus uterque,
bis quadragenis muniti navibus ibant.
552 et totidem puppes clara de gente Menestheus
duxit Athenaeus, quot viribus ambit Achilles.

---

**193** Phidippus *φ*, pedip(p)us (pedibus *N*) *fere Ω* | antiphus *BD*, -pus *vel* -bus *cett.*, antimus *E*¹, amphius *M* **195** assumptis *Ω*, ex Syme (*Σύμηθεν*) *Wernsdorf* | Nireus *Bondam*, teucer (th- *D*, -ter *P*) *Ω* **196** Tlepolemusque *αβδ (cf. v. 523)*, Striptolomusque (Ne- *E*¹, Tri- *MV*) *fere Ω* **197** Eumelus *L*¹*φ*, Eumeleus *P*¹, Eumeneleus (-lus *CFV*, Nu- *E*¹) *fere cett.* | minus una *scil. undecim* | profectus *Bφ*, prouectus *Ω* **198** salaminius *PWB*¹*VL*² *et similiter L*¹*MN*, t(h)elamonius (tal- *D*) *CDE*¹*F* **199** At Prothous *Bondam*, Astropius *PWD*, Astropus *cett.*, Ostrophus *E*¹, Astraphus *B*¹ | Magnes *Schrader*, magno *Ω*, et magno *ME*², a magno *E*¹ | Tenthredone *Bondam*, tetere dene *W*, tetere dine *P*, th(a)etheredone *vel similia monstra cett.* **200** Euboee a *L*², Euboea ac *Ω*, Euboea et *corr. in* ac *M*, Eubous ac *V* | magnis *Ω (ex v. priore)*, longis *Plessis*; sanctis *Vollmer* (*ἱερῆς B 535*) | Elephenor *φ*, helpenor (elp- *N*, helf- *D*) *Ω* **201** -que *bis om. P* **202** Ethola *Ω*, Et clara *D* **204** Et *Ω*, At *M* **205** totidem ratibus *Ω*, r. t. *E* **206** *om. B*¹ | (h)or(r)ida *Ω*, orda *P*¹*W*, ordine *P*³ | Guneus *Bondam*, pheneus *PW*, phineus (-eos *M*, -meus *N*: fin- *L*) *cett.* **208** Idomeneus (Idem- *E*) *Ω*, Idoneus *PW* **210** Menestheus *Bondam*, menetis *PWV*, menetes *EM*, monetis (-es *N*¹?) *BCFN*, moenetes *L*, meneus *D* **211** Duxit *Ω*, Auxit *DE* | quot *Schrader*, quos *Ω* | ambit *Ω*, addit *Wernsdorf*

B 620 Amphimachusque ferox et Thalpius, Elide nati,
622 et clara virtute Polyxenus atque Diores,
hi bis vicenas onerarunt milite puppes.
698.704 Protesilaus agit totidem fortisque Podarces
instructas puppes, quot duxit Oileos Aiax.
718 et septem Poeante satus tulit arma carinis.
732 quem sequitur iuxta Podalirius atque Machaon,
altaque ter denis sulcarunt aequora proris.
his ducibus Graiae Troiana ad litora puppes
— bis septem venere minus quam mille ducentae.
— iamque citae appulerant classes camposque tenebant,
786 cum pater ad Priamum mittit Saturnius Irin,
quae doceat fortes venisse ad bella Pelasgos.
nec mora, continuo iussu capit arma parentis
816 Priamides Hector totamque in proelia pubem
festinare iubet portisque agit agmen apertis.
— cui fulgens auro cassis iuvenile tegebat
— omni parte caput, munibat pectora thorax
— et clipeus laevam, dextram decoraverat hasta
— ornabatque latus mucro; simul alta nitentes
— crura tegunt ocreae, quales decet Hectoris esse.
— hunc sequitur forma melior, tunc fortis in armis,

---

**212** et Ω, *om.* *CDE,* atque $L^2$ | Thalpius *Bondam* (Talphius φ), alpius *M,* alpinus *PWCDEFLV,* alipinus $B^1$, alpinor *N* **214** Hi(i) Ω, His $P^1$ *ut vid.,* Et *M* | (h)onerarunt Ω, ornarunt *M; cf. ad v. 183* | pup(p)es Ω, naues $DE^1L$ **216** quot duxit $MP^2$, quos (quas $CN^2$) duxit $WBCDE^1FLNV$, duxit quos $P^1$ Oileos *Schrader,* oileus Ω, oleus $L^1$, oleius *E,* oileius *CF,* olenius *M* **217** peante $L^2$ *ex Ov. met. 9, 233,* ph(a)etonte (-ta *D*) Ω | tulit (dabit *M*) arma carinis Ω, dat in arma carinas *E* **218** podalirius *ELφ (ex Ovidio),* polidarius (-ris *F*) Ω | machaon (-eon *D*) *CDEL ex Vergilio Aen. 2, 263,* met(h)eon *PWBFV,* mecheon *M,* metonta *N* **219** sulcarunt Ω, pulsarunt *BM* **222** cit(a)e (cito *M,* citi *V*) a. classes Ω, citam a. classem *CEL: male versum eiecit L. Müller, male Baehrens funditus mutavit: auctor licentia poetica abutitur* **223** Cum Ω, Tum $MV^1$ | mittit *BCDFLMNV,* misit *PWE* **225** capit Ω, petit *E* **227** que Ω, *om.* $DL^1M$ **233** Hunc Ω, Tunc *D* | tunc fortis in Ω, non f. in $E^2$, quam f. in $L^2$, nec f. in *Baehrens,* quam fortior *Havet*

B — belli causa Paris, patriae funesta ruina, [tes,
— Deiphobusque Helenusque simul fortisque Poli-
820 et sacer Aeneas, Veneris certissima proles,
823 Archelochusque Acamasque ferox Antenore creti.
827 nec non et proles generosa Lycaonis ibat
876 Pandarus et magnae Glaucus virtutis in armis;
830. 837. 842 Amphiusque et Adrastus et Asius atque Pylaeus.
870 ibat et Amphimachus Nastesque, insignis uterque,
856 magnanimique duces Odiusque et Epistrophus ingens
846. 848 Euphemusque ferox clarusque aetate Pyraechmes;
864 cum quibus et Mesthles atque Antiphus et bonus armis
840. 844 Hippothous † atque Acamas † venere Pirous una,
858 Arsinooque sati Chromiusque atque Ennomus, ambo

---

235 Deiphobus (*om.* que) $C^1$, Deiphe- *vel* Deifebusque (que *om.* $W^1CDFMNV$) Ω  237 Archil- Ω | que *prius habent* $EMNL^2$, *om. cett.* | creti $CLVE^2F^2$, nati *et. s. s.* creti $M^1$, creati $DF^1$ *et* $E^1$ *ut vid.*, nati *PWBN*  239 Pandarus Ω, Pindarus *N*  240 Amphiusque ⟨et *Baehrens*⟩ *Bondam*, Amphin (Anph- *P*) et $PW^1$, Amphion *DN*, Amphionque (An- *CFL*) *BCEFLMV* | adrastus *PWEV*, ad clerastus *B*, adrastusque (-uque *F*) *CDFLMN* | et asius (ans- *CF*, aus- *DNV*) Ω, ausiusque *M* | Pylaeus φ, ephialtes (fialtes *DN et* $L^1$ *ut vid.*) Ω  241 Ibat et *PWBCL*, Ibant et *DE*, Ibant *MNV*, Ibat *F* Nastesque *Bondam*, nactesque $E^1$, nactisque *L*, natusque (-uq; $B^1$) *BM*, natiusque *CFV*, naucius *N*, matiusque $PWE^2$  242 que *prius om.* $B^1N$ | Hodiusque *Bondam*, r(h)odius (que $EL^2$) Ω  243 Euphimusque *fere* Ω | clarusque Ω, claraque *CF* | Pyraechmes *Bondam*, piragmes (-gnes *DM*) Ω  244 et Mesthles *Bondam*, et mnesteus (me- $FL^1$, mene- *N*, ne- $B^1M$ $VL^2$) Ω, emnesteus *P*  245 *versus corruptissimus sic fere traditus erat in Ω:* Ippodus atque athamas uenere pierius una (nec non et pigreus una *interpolavit D*, feroxque pierius una *Monac. 29038*); *nomina restituerunt* Hippothous *van Kooten*, Pirous *Wernsdorf; totum sic emendavit L. Müller:* Hippothous venere Acamasque et Pirous una, *minus bene Baehrens:* Hippothousque Acamasque iuere et Pirous una  246 Arsinooque *Vollmer (ex Apollod. epit. 3,35 p. 199 Wagner)*, Axinonoque (Axio- *CDF*, Anxio- *M*, Anxino- *N*) Ω, Axui nonoque *P*, Hesione *B; Alcinooque van Kooten ex Auson. epitaph. 32 (239 p. 79 Peiper)* | cromiusque *N*, c(h)roniusque *PBCDEFLV*, cromusque *WM* | atque Ennomus *Kooteni amicus*, eumonius (-men- *P*) *PW*, et

B 862 florentes aetate viri, quos Phorcus et ingens
Ascanius sequitur, simul et Iovis inclita proles
876 Sarpedon claraque satus tellure Coroebus.
— his se defendit ducibus Neptunia Troia,
— vicissetque dolos Danaum, ni fata fuissent.
iamque duae stabant acies fulgentibus armis,
Γ 16 cum Paris, exitium Troiae funestaque flamma,
30 armatum adverso Menelaum ex agmine cernit
33 seque velut viso perterritus angue recepit
38 ad socios amens; quem postquam turpiter Hector
confusum terrore videt, 'o dedecus' inquit
'aeternum patriae generisque infamia nostri,
terga refers? at non dubitabas hospitis olim
expugnare toros, cuius nunc defugis arma
— vimque times. ubi sunt vires, ubi cognita nobis
— ludorum quondam vario in certamine virtus?
— hic animos ostende tuos: nihil adiuvat armis
— nobilitas formae: duro Mars milite gaudet.
— dum iaceas in amore tuo, nos bella geremus
— scilicet et nostrum fundemus in hoste cruorem.
52 aequius adversis tecum concurrat in armis
impiger Atrides: spectet Danaumque Phrygumque
depositis populus telis, vos foedere iuncto
adversas conferte manus, decernite ferro.'

---

eunomus *CFL¹NV*, et eunonius *D*, et enouius *M*, et eunonus *B*, et euomonus *E¹*

**247** forcus (ph- *E¹M*) Ω, fortis *DE²V²* **248** Ascanius Ω, Ascalaphus *M* | simul et iouis (iocas *D*) Ω, iouisque simul *V* **249** claraque (que *om. CF*) Ω, Thracaque *Nodell* | c(h)or(o)ebus Ω, Pylaemen *Baehrens* **251** Vicissetque (que *om. B¹N¹*) Ω, -entque *ELN²B³* | ni Ω, nisi *CL* **252** Iamque Ω, Namque *N* **253** Cum *EW²L²*, Dum *P(W¹?)BCDFL¹MNV* | exitium Ω, excidium *E¹M* **254** cernit *CDEFLMNV*, uidit *PWB¹* **257** o Ω, proh λ **259** at Ω, an *PVα* **262** uario (-ia *B¹*) in certamine *BDE*, uaria in certamina Ω | uirtus *cod. Santen.*, uis est Ω **263** armis *(i. in pugna)* Ω, armas *L*, arma λ **265** Dum Ω, Cum *D* **267** aduersis Ω, -sus *W¹L¹* | concurrat Ω, -et *B* **270** Aduersas Ω, -si *F* | *post v. 270 addiderunt* Quis uestrum melius sit tanta coniuge dignus *L² in margine,* uestram nunc elenam sumat quis rectius ipsam *E²λ*

Γ dixit. quem contra paucis Priameius heros
59 'quid nimis indignis' inquit 'me vocibus urges,
o patriae, germane, decus? nam nec mihi coniunx
pravaque luxuria est potior virtutis honore
nec vires temptare viri dextramque recuso,
dummodo victorem coniunx cum pace sequatur.'
76 dicta refert Hector; placuit sententia Grais.
116 protinus accitur Priamus sacrisque peractis
foedera iunguntur; post haec discedit uterque
depositis populus telis campusque patescit.
328 interea toto procedit ab agmine Troum
pulcher Alexander, clipeoque insignis et hasta.
339 quem contra paribus fulgens Menelaus in armis
— constitit et 'tecum mihi sint certamina' dixit
— 'nec longum nostra laetabere coniuge, quae te
— mox raptum regemet, tantummodo Iuppiter adsit.'
dixit et adversum se concitat acer in hostem.
ille virum forti venientem reppulit ictu
seque gradu celeri recipit longeque frementem
346 hastam deinde iacit; quam devitavit Atrides
inque vicem misso fixisset corpora telo
praedonis Phrygii, ni vastum ferrea pectus
texisset lorica viri, septemplice tergo

. . . . . . . . . . . . . . . . . . . . .

277 *cf. Gesta Ber.* 2, 3

**271** quem $\Omega$, que $L^1\lambda$ **274** Pravaque *van Kooten*, Paruaque $\Omega$, Pronaque $\lambda$, Priuaque *Wakker* **278** accitur $EL^2\lambda$, accitus $\Omega$ **279** h(a)ec $\Omega$, hoc $CL^2$, hac $\delta$ | discedit $PWBME^2C^2N^2$, descendit $C^1DE^1FL(N^1?)V$, decedit *Brantsma* **281** procedit $BCDEFLVW^2$, praecedit $PW^1MN$ **284** sint $PWBL^1MN$, sunt $CDEFVL^2$ **286** raptum regemet *Vollmer*, rapuit (rapit $D^1$) regem et (et *om.* $BCD$ *Helmst.* $L^2$) | modo $\Omega$, mihi $L^1$ **288** forti uenientem $\Omega$, uenientem forti $EL$; *cf.* 434. *Verg. Aen.* 12, 510 *al.* **289** que *alterum om.* $FMN$ | frementem $\Omega$, trementem *Wernsdorf* **291** telo $\Omega$, ferro $B$ **292** ni (nisi $P^1C^1DV$) $\Omega$, in $F$ | uastum $\Omega$, uasti $E^1$ *qui etiam post* pectus *scripsit* achiui *post* **293** *lacuna nulla in codd.; ex. gr. supplevi* percusso tetigit validi quam lancea Atridae; *nam* tergo *est scuti non loricae*

r — insequitur iuxta clamor; tum adversus uterque
— constitit et galeam galea terit et pede plantam
— coniungit, stridetque mucro mucrone corusco,
— corpus collectum tegitur fulgentibus armis.
— non aliter fortes nitida de coniuge tauri
— bella gerunt vastisque replent mugitibus auras.
— atque diu rigido rimabant corpora ferro,
— cum memor Atrides raptae sibi coniugis instat
361 Dardaniumque premit iuvenem. mox ense rigente
cedentem retro dum desuper appetit hostem,
splendidus extremas galeae percussus ad oras
dissiluit mucro; gemuerunt agmina Graium.
tum vero ardescit, quamvis manus ense carebat,
369 et iuvenem arrepta prosternit casside victor
ad socios † traheretque nisi caligine caeca
texisset Cytherea virum subiectaque mento
375 fortia rupisset laxatis vincula nodis,
ultimus ille dies Paridi foret. abstrahit auro
fulgentem galeam secum Menelaus et ardens
377 in medios mittit proceres rursumque recurrit
379 et magnam validis contorsit viribus hastam
in cladem Phrygii, sua quem Venus eripit hosti

---

**294** tum (cum uel tum *P*) aduersus *Ω*, tunc uersus $VE^2$ **295** galeam galea terit *WCFLV*, galea galeam terit *PBDE*, galeam terit galea *MN* **296** stridetque *Ω*, stridet $DE^1L$ **297** *male versum in suspicionem vocaverunt L. Müller et Baehrens: cf. Verg. Aen. 12, 491 et 10, 412;* armis *i. scuto* **298** de *Ω*, pro $MN^2$ **299** auras *Ω*, auram *E* **300** Atque *Ω*, Utque *van Hoeufft,* Iamque *αβδ* | rigido *Ω*, -di $PW^1$ | rimabant *MN*, captabant *PWBCDEFLV; cf. v. 456* **301** Cum *Ω*, Tum *PE* **302** *male post* iuvenem *non distinguebant editiones recentes* **303** Cedentem (*sine* que) *Ω*, que *add. λ* **304** percussus *Ω*, percussit *CDFLV* **305** Dis(s)iluit (-iit *E*) *Ω*, Des- *B; cf. Verg. Aen. 12, 741* **308** Ad socios tra(h)eretque nisi (nisi in *E*) *Ω*, Ad socios traheret quod nisi *D*, Ad socios traheret quem ni *αφ*, Ad sociosque nisi traeret *B;* Ad sociosque trahit quem ni (et ni *Baehrens*) *van Kooten* **311** Paridi *Ω*, -dis *V* **313** medios *Ω*, medio $W^1C^1D$ **314** contorsit *Ω*, int- *P* **315** frigii $VB^2E^2L^2$, frigię *Ω* | quem uenus eripit (arr- *BV*, abr- *D*) *Ω*, quem eripuit (*cum glossa* i. uenus paridem) *MN*

Γ et secum in thalamos defert testudine cultos.
383 ipsa dehinc Helenam muris accersit ab altis
Dardanioque suos Paridi deducit amores.
quem tali postquam conspexit voce locuta est
428 'venisti, mea flamma, Paris, superatus ab armis
coniugis antiqui? vidi puduitque videre,
arreptum cum te traheret violentus Atrides
Iliacoque tuos foedaret pulvere crines.
nostraque (me miseram) timui ne Doricus ensis
oscula discuteret; totus mihi mente † relicta
fugerat ore color sanguisque reliquerat artus.
quis te cum saevo contendere suasit Atrida?
an nondum vaga fama tuas pervenit ad aures
de virtute viri? moneo, ne rursus inique
illius tua fata velis committere dextrae.'
dixit, tum largis perfudit fletibus ora.
438 tristis Alexander 'non me superavit Atrides,
o meus ardor' ait, 'sed castae Pallados ira.
mox illum nostris succumbere turpiter armis
aspicies aderitque meo Cytherea labori.'

---

**316** Et Ω, At *C*, Ad *F*, Ac *V* | cultos *Guelf. 76, 3 Extr. 2°*, custos $PW^1CDFV$, cũptos $W^2$, comptos *MNαβδ*, tutos $E^1$, //tus $L^1$, cinctos $L^2$, tectos $E^2B^3$ *($B^1$ n. l.)*,; *cf. Ov. met. 2, 737* **317** accersit $PWVB^2$, arccersit *(sic)* $E^1$, arcessit $CDFLMNE^2$ **318** suos Ω, suo *L* **319** Quem (Que *L*) t. p. c. v. l. e. Ω, Quem postquam conspexit tali uoce l. e. *B* **323** que *om.* $B^1F^1L^1$ | tuos Ω, tue $L^1$ | puluere Ω, crimine $N^1$ **325** discuteret $PWBL^2$, disiiceret $EL^1$, discideret *CDFV*, diuideret *MN* | totus Ω, toto *EL* | mihi Ω, *om.* $M^1N$ | relicta Ω, relictęa *floril. Philipp.*, relictae *A. de Rooy*, reuincta *Baehrens*; *an* rigenti? **326** color Ω, calor $MNE^2$ **327** te $PWB^1C$, tibi $DEFLMNVB^3$ | contendere suasit (s. c. $E^1$) $DLE^2B^3$, cont. iussit $PWB^1CFMNV$; *cf. v. 547* | atrida Ω, -de $E^1$ **328** An $PWB^1E^2$, Aut *CDFLMNV*, Et $E^1$ | uaga fama Ω, fama uagas $E^1$ **329** inique *EFLMN*, iniquę *PWBCDV* **331** perfudit $PWB^1E$, perfundit $CDFLB^3$, profundens *MNV* **333** ardor Ω, amor $W^1$ | cast(a)e $PWBL^2$, caut(a)e $CDFL^1MNVE^2$, causte $E^1$ | palladis Ω, commodis $L^1$ **335** Aspicies Ω, -res *M*, -re res $N^1$ aderitque (que *om. M*) meo (mea *E*, nostro $B^1$) Ω, aderit modo *V*

Γ 447 post haec amplexus per mutua corpora iunctis
incubuit membris Cygneidos; illa soluto
— accepit flammas gremio Troiaeque suasque.
449 interea toto Menelaus in agmine Troum
quaerit Alexandrum victorque huc fertur et illuc.
455 quem frater socias acuens in bella catervas
adiuvat et forti pulsos Phrygas increpat ore
servarique iubet leges Helenamque reposcit.
Δ 1 dumque inter sese proceres certamen haberent,
concilium omnipotens habuit regnator Olympi
124 foederaque intento turbavit Pandarus arcu,
te, Menelae, petens; laterique volatile telum
135 incidit et tunicam ferro squamisque rigentem
150 dissecat: excedit pugna gemebundus Atrides
castraque tuta petit; quem doctus ab arte paterna
213 Paeoniis curat iuvenis Podalirius herbis
— itque iterum in caedes horrendaque proelia victor.
223 armavit fortes Agamemnonis ira Pelasgos
et dolor in pugnam cunctos communis agebat.
446 bellum ingens oritur multumque utrimque cruoris
funditur et totis sternuntur corpora campis;

---

355/6 = *Gesta Ber. 2, 180/1* (multum hinc illincque)

---

336 h(a)ec Ω, hoc $B^1 F$ | amplexus Ω, -xu $B L W^2 E^2$ *Helmstad.* iunctis *vel* uinctis (-tus $C^1$) Ω, iuncti $L^2$, iuncto $E^2$ *Helmstad.*, iungens *V* 337 Incubuit Ω, Incumbunt $W^1$, Incumbit *MN* | cigneidos $E^1$, cineidos *BMNV*, cyneidos $D W^2$, cycnegos $L^1$ *ut vid.*, cyn $W^1$, cynoidus *P*, cyneidus *CF* 340 que Ω, *om.* $L^1$ 341 Quem Ω, Cui *L* 342 phryges *vel* friges, phriges Ω 344 Dumque *PWBEFV*, Cumque *CLMN* 345 Concilium $E^1 L W^2$, Cons- *cett.*, Consiliumque *MN* 346 pandarus Ω, pind- *MN*; *cf. v. 239* 347 telum $P W B L E^2$, ferrum $C E^1 F M N V$ 349 Dissecat Ω, Discidit *CF* | gemebundus *PWBCFLV*, trem- *EMN* 351 podalirius (-sius *C*) *CEFLV*, polydorius (-lid- *P*) $P W^1$, polidarius $B M N W^2$ 352 Itque *V*, Atque Ω | uictor $P W^1 E^1 F^1 L V$, uictrix $C W^2$, misit $E^2 F^2$, uenit $M N B^3$, mittit illum $B^1$ 353 fortes Ω, fortesque *MN* 354 cunctos Ω, -is $F^1$ 355 oritur Ω, agitur $W^1$ | utrimque $P W E^2 L^2$, utrumque $E^1 L^1$, uirumque *BCFMNV*, hinc illincque *Gesta Ber.*

Δ 451 inque vicem Troumque cadunt Danaumque catervae.
nec requies datur ulla viris; sonat undique Mavors
telorumque volant cunctis e partibus imbres.
457 occidit Antilochi rigido demersus in umbras
ense Thalysiades optataque lumina linquit.
473 inde manu forti Graiorum terga prementem
occupat Anthemione satum Telamonius Aiax
et praedurato transfixit pectora telo:
— purpureo vomit ille animam cum sanguine mixtam,
489 ora rigat moriens. tum magnis Antiphus hastam
viribus adversum conatus corpore toto
torquet in Aeaciden: telumque erravit ab hoste
inque hostem cecidit, transfixit et inguine Leucon:
concidit infelix prostratus vulnere forti
— et carpit virides moribundus dentibus herbas.
† impiger † Atrides casu concussus amici

371 *fere* = *Gesta Ber. 2, 213*

357 troumque c. danaumque Ω, danaumque c. troumque *MN* 358 mauors Ω, bellum $E^2$ 359 cunctis e Ω, ex c. *MN* 360 *habent PWMN* (*$E^1$ et $E^2$ in marg.*), *om. BCFLV* | Antilochi *Bondam*, -chus Ω | in *PWM*$N^2$ (*$E^1 N^1$ n. l.*), ad $E^2$ 361 *om.* $B^1$ | Thalysiades *Bondam*, talesiades *MN*, t(h)alestiades (-is $W^2 E^2$) $P W^1 E^1$, t(h)ales ita des *CFV*, //itades $L^1$ 362 forti Ω, graui *B* 363 Anthemione *Bondam*, amphibione (-bone *P*) *PWCFV*, amphy//one *L*, amphione *BEMN* 364 praedurato *BCEFLV*$P^2$, perdurato *W* (*$P^1$ ut vid.*), sua durato *M*, ;durato *N* | pectora Ω, corpora *MN*$B^1$ | telo Ω, ferro $B^1$ 365 Purpureo *Vollmer*, -eam Ω | u. i. a. Ω, ille a. u. *C*$F^1$ | *cf Verg. Aen. 9, 349* 366 tum Ω, tunc *CFV* | magnis Ω, maximus *E* (*$E^1$ om. v. 367, suppl. $E^3$*) 367 aduersum *PWB*$L^2$, -sam *F*$L^1$*MNV*$E^3$, -sa *C* | conatus Ω (*cf. v. 462 et Ov. met. 8, 366*), conixus *Wernsdorf ex Aen. 9, 410* 368 eacidem *BC FMNV*, aiacem *PWEL* 369 transfixit et *PWC*$F^1$ (*et $N^1$ ut vid.*), transfixit in *MV*$B^3 F^2 N^2$, cadit ictus (cinctus $E^1$) in $E^1 L^1$, tunc ictus in $B^1 E^3$, cadit ictusque $L^2$ | inguine Ω, -na *P*$W^2$ 370 forti Ω, tristi *MN* 371 Et carpit Ω, Carpit *N*, Carpebat *M* | moribundus Ω, -dis *Higt* 372 Inpiger atrides Ω, Hinc Laertiades *optime Bondam*, Impiger ast Ithacus *Weytingh* | concussus *P*, com(m)otus *WBCEFLMNV*

Δ 499 Democoonta petit teloque adversa trabali
tempora transadigit vaginaque horridus ensem
eripit; ille suis moriens resupinus in armis
concidit et terram moribundo vertice pulsat.
517 iamque Amaryncíden saxi deiecerat ictu
impiger Imbrasides dederatque silentibus umbris:
dumque avidus praedae iuvenem spoliare parabat,
527 desuper hasta venit dextra librata Thoantis
perque viri scapulas animosaque pectora transit.
in vultus ruit ille suos calidumque cruorem
ore vomit stratusque super sua palpitat arma.
sanguine Dardanii manabant undique campi,
manabant amnes passim; pugnatur ubique
. . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . .
inmixtis ardens amborum exercitus armis
et modo Troianis, modo virtus crescit Achivis
laetaque per varios petitur victoria casus.
E 1 hic postquam Danaum longe cedentia vidit
agmina Tydides tumidumque increscere Martem,
in medias acies, qua plurimus imminet hostis,

373 Democoonta *Bondam,* demof- *vel* demoph- Ω | teloque Ω, telo tum *V* 374 Timpora Ω | transadigit *L et* $N^1$ *ut vid.,* transadiit *P* $(W^1?)$ $B^1$ $C(E^1?)$ $F^1$ *V,* transegit *M* $W^3$ $E^2$ $B^3$ $N^2$, transfigit $F^2$*; cf. v. 409* | uaginaque Ω, -que et $C^1F$, -na et *V* 376 moribundo *van der Dussen,* -us Ω*; cf. Ov. met. 5,84* 377 Iamque Amaryncíden *Schrader,* Inque mare (a)egeum *BCEF*$L^1$*V,* Inmanem egeum *MN*$L^2$, Post h(a)ec egeum *PW Helmstad.* 378 Inpiger Ω, Piros *Schrader* | imbrasides *L,* umbrasides (-tides $E^1$, -dides $C^1$) *PWCFE*$B^2$ ($B^1$ *n. l.*), umbrasidem *V,* imbrisiles *MN* 379 pr(a)edae Ω, pugnae *P* 380 t(h)oantis Ω, ton- $P^1F^1$ 381 animosaque φ, annosaque (que *om. E*) Ω, pannosa *M,* per annosa *N* | pectora *CEFLV,* tempora (timp- *MN*) *PWBMN Helmstad.* 382 calidumque Ω, -usque *M*$N^1$ 383 Ore uomit (-uit *V*) Ω, Euomit ore $L^1$ | que Ω, *om.* $P^1$ 384 manabant Ω, madescunt *MN* 385 pugnatur *CEF*$L^1$*M N V*$B^3$, pugnabat *PW*$B^1L^2$ *post* 385 *lacunam significavi; nulla in codd.* 386 Inmixtis ardens (-ent *V,* -et $F^2$) amborum Ω, Amborum i. ardens *M,* Inmixstis (-us $N^1$) amb. ardens *N* 387 modo uirtus *PMN,* uirtus modo *WBCEFLV* 389 Hic Ω, Sic *C*$L^1$*N*$B^3$ 390 martem Ω, mortem $E^1$ 391 plurimus Ω, -is $F^1$, -um *V*

E inruit et versas prosternit caede phalangas:
huc illuc ensemque ferox hastamque coruscat.
4 bellica Pallas adest flagrantiaque ignibus arma
adiuvat atque animos iuveni viresque ministrat.
136 ille — boum veluti viso grege saeva leaena,
quam stimulat ieiuna fames, ruit agmina contra
et prostrata necat vesano corpora dente:
sic ruit in medios hostes Calydonius heros,
virginis armigerae monitis et numine tutus.
conversi dant terga Phryges; fugientibus ille
instat et exstructos morientum calcat acervos.
dumque ferit sternitque viros, videt ecce Daretis
adverso stantes furibundus in agmine natos,
11 Phegeaque Idaeumque simul; quem cuspide Phe-
occupat ante gravi, sed vulnera depulit umbo [geus
vitatumque solo ferrum stetit: haud mora, totis
ingentem torquet Tydides viribus hastam
transadigitque viri pectus; pars cuspidis ante
— eminet et prodit scapulis pars altera fossis.
hunc ubi fundentem calidum de pectore flumen
versantemque oculos animamque per ora vomentem

---

**392** phalanges (fal- *B*) *Ω* **393** Huc illuc (que *add.* *P*) ensemque ferox (h)astamque (que *om.* $E^1$) c(h)oruscat (cruentat vel choruscat *P*) *Ω*, Huc illuc (que *add.* $M^2$) ferox tunc ense (ferox enseque *N*) cor(r)uscat et asta *MN* **396** Ille boum *Ω*, Elleborum *M* **400** numine *Ω*, tecmine $F^1$ **402** extructos *CV* $L^2$ *Helmstad.*, ex(s)tinctos *PWBE*, constructos $L^1$, instructos *FMN* **403** ferit *cod. Utrecht.*, furit *Ω* | Daretis *Bondam*, danites *PC*$E^1$*F*$N^1$, danitis *MV*$N^2$, cloantis $W^2$ *(*$W^1$ *erasa)* $B^1$, *erasum L* **404** Aduerso *Ω*, -sos *CF* **405** Phegeaque *Higt.* Phegeumque *Helmstad.*, Pregeumque (-nũ $L^1$, que *om.* $B^1E^1L$) *B*$E^1$*L*$N^1W^2$, Egeumque *P (*$W^1$ *erasa)* *M*$N^2$, Pregneumque (que *om.* *CV*) *CFV* | Phegeus *Schrader*, pregneus *PW*, pr(a)eceps *BCEFLMNV Helmstad.* **406** ante *Ω*, ense $B^1$ | graui *PW*$E^2L^2$, grauis *BC*$E^1$*F*$L^1$*MNV* **408** *sic Ω* (titides *fere*); Torquet (Int- $M^2$) titides ing. u. astam *M*, Intorquet ing. uir. tit. astam *N* **409** Transadigitque $B^1$*L*$N^1$, Transadiitque *PWCEFV*$B^2$, Transegitque *M*$N^2$*; cf. v. 374* **410** Eminet $B^1E^1$*MN*, Imm- *vel* Inminet *PWCFLV Helmstad.* **411** calidum *Ω*, -do *P* | pectore *Ω*, corpore *MN*

E 20 conspexit frater, stricto celer advolat ense
germanique cupit fatorum existere vindex.
sed neque vim saevi nec fortia sustinet arma
Tydidae contraque tamen defendere temptat.
— ut volucris, discerpta sui cum corpora nati
— accipitrem laniare videt nec tendere contra,
— auxilium neque ferre suo valet anxia nato
— quodque potest, levibus plaudit sua pectora pennis:
sic hostem Idaeus germani caede superbum
spectat atrox miseroque nequit succurrere fratri
et, nisi cessisset, dextra cecidisset eadem.
38 nec minus in Teucros armis furit † alter Atrides
insequiturque acies et ferro funera miscet.
obvius huic fatis occurrit ductus iniquis
infelix Odius, quem vastae cuspidis ictu
sternit et ingenti scapulas transverberat hasta.
43 hinc petit Idomeneus adversa parte ruentem
Maeoniden Phaestum; cuius post funera laetus
49 et Strophio genitum Stygias demittit ad umbras.
59 Meriones Phereclum librata percutit hasta,
69 Pedaeumque Meges; tum vastis horridus armis

---

**414** uindex Ω, uictor *CF* **416** Tytid(a)e *vel* Tit- Ω, -dẽ *E*, -dis *BL* | que Ω, *om.* $F^1 L^1$ **417** uolucris *PWB Helmstad.* $E^3$, uolucer $C E^1 F L M N V$ | discerpta $E^1$, decerpta $P W M N E^3 L^2$, decepta *BCFV Helmstad.*, degta $L^1$ **419** neque Ω, nec λ **420** Quodque Ω, Quamque *CF* | plaudit (plangit *E Helmstad.* $B^3$) sua Ω, sua pulsat *MN* **423** nisi $P W L M N B^3$, ni $B^1 C F V$, ni *corr. in* nisi $E^1$ **424** alter Ω, ater $E^2$, acer $E^3 B^3 \alpha\beta\delta$, *haec vera ut videtur coniectura* **425** que Ω, *om.* $B^1 N V^1$ | funera Ω, uulnera $B^1$ **427** Hodius *Bondam*, r(h)odius Ω **428** ingenti Ω, -tes *B* **429** Hinc Ω, Hic $W^1 B^1 L^1 V^1$ | idomeneus *F*, -eũ (-oũ *M*) Ω, -eũ ex $B W^2$ **430** Maeoniden Phaestum *Schrader*, Meridone *vel* -dione (Merione $B M N L^2$) satum (-us $M N^2$) Ω | post funera Ω, pro funere *BCFV*; *cf. 518* | l(a)etus Ω, Atrides *Schrader* **431** Et Strophio *Schrader*, Et strepio $P W B^1 C$, Estrepio $E^1 F L V$, Estripio *MN* | demittit $F W^2$, dim- Ω **432** Meriones $P M^2$, -nis $W B C E F L M^1 N V$ | Phereclum *Schrader*, puerum Ω | librata Ω, uibrata $\alpha\beta\delta$ | percutit Ω, perculit *Schrader* **433** Pedaeumque Meges *Schrader*, tum

E 76 Eurypylus gladio venientem Hypsenora fundit
et pariter vita iuvenem spoliavit et armis.
95 parte alia volitat sinuoso Pandarus arcu
Tydidenque oculis inmensa per agmina quaerit.
quem postquam Troum sternentem corpora vidit,
horrida contento derexit spicula cornu
et summas umeri destringit acumine partes.
tum vero ardescit iuvenis Calydonius ira
136 in mediasque acies animosi more leonis
144 fertur et Astynoum magnumque † Hyperona fundit:
comminus hunc gladio, iaculo ferit eminus illum.
148 inde premit Polyïdon Abantaque cuspide forti
152 et notum bello Xanthum vastumque Thoonem.
160 post hos infestos Chromiumque et Echemmona telo
proturbat celeri pariterque ad Tartara mittit.
290 tu quoque Tydidae prostratus, Pandare, dextra
occidis, infelix, accepto vulnere tristi,

---

uastis *L. Müller:* Phegeumque (Pregeumq; $BCE^1L^1$, Pregeiumq; *F*, Pergeumq; *MN*, Pregneum quoq; *V*) megestus (-eus $L^2$, mestus *V*) uastisque (que *om. E*) Ω

**434** Euripilus (-phil- *MN*, -rupil- *L*) $CEFLMNVW^2$, Eripides (Eur- *B*) $PW^1B$ | uenientem $BLE^3W^2\alpha\beta\delta$, uehementem $PW^1CE^1FV$, uetuentem *MN; cf, v. 288* | Hypsenora *Bondam,* (h)erpedona Ω | fundit (-at $W^1$) *PWCFLV,* fudit *BEMN* **435** uita iuuenem *PWELMN,* iu. uita (-ã *V*) *BCFV* **436** uolitat Ω, -ant $E^1$, -ans *MN* | pandarus Ω, pind- *EMN; cf. v. 239* **439** direxit (dil- *M*) Ω **440** distringit Ω, -xit $B^1MNW^2$, destrinxit $E^1$ | acumine Ω, arundine $B^1$ **442** que $PWBMNL^2$, *om.* $CEFL^1V$ **443** Astynoum *Bondam,* astrondam *(P*$W^1$*) vel* astronium *fere* Ω | que Ω, quoque $B^3$ | Hypirona *Bondam,* hypenora (hype- *P*) Ω, erpenora *V,* alpenora *MN* | in Hyp. tendit *L. Müller,* ut Hyp. vidit *Wakker melius* **445** Polyidon *Bondam,* polidona Ω | Thoonem *Bondam,* t(h)oantem (-tum $BCE^1FV$) Ω **447** infestos (-us $N^1$) Ω; *sprevi* infesto; *cf. v. 505* | Chromiumque *Bondam,* cronumque $PW^1L$, croniumque $BEVW^2$, cornumque *CF,* cormumque *N,* cordiumque *M* | et Echemona *Bondam,* et stemona (stre- *P,* te- *B*) Ω **448** Proturbat $E^1LMN$, Pert- $PWBCFVE^2$ **449** titidae (tyt- *PL*) Ω, -dis *B* | pandare (pind- $E^1MN$, pandere $P^1CFLVB^2$) dextra Ω, uulnere forti $B^1$

*E* dextera qua naris fronti coniungitur imae;
dissipat et cerebrum galeae cum parte revulsum
ossaque confossa spargit Tydeius ensis.
297 iamque manum A e n e a s simul et Calydonius heros
contulerant: iactis inter se comminus hastis
— undique rimabant inimico corpora ferro
— et modo cedebant retro, modo deinde coibant.
— postquam utrique diu steterant nec vulnera magnus
— qua daret infesto Tydides ense videbat,
302 saxum ingens, medio quod forte iacebat in agro,
bis seni quod vix iuvenes tellure moverent,
sustulit et magno conamine misit in hostem.
ille ruit prostratus humi cum fortibus armis;
312 quem V e n u s aethereas genetrix delapsa per auras
accipit et nigra corpus caligine condit.
non tulit Oenides animis nebulasque per ipsas
330 fertur et in Venerem flagrantibus irruit armis
— et neque quem demens ferro petat inspicit . . . . .
336 caelestemque manum mortali vulnerat hasta.
icta petit caelum terris Cytherea relictis

---

**451** Dextera $PWCEB^2L^2$, Dextra *FMNV*, Dexter $B^1$, Dexta $L^1$ **452** Dissipat *Ω*, Dissecat *P* **453** que *Ω, om.* $M^1N$ | confossa *Ω*, -i $BL^2$ | spargit *Ω*, sparsit *P* | Tydeius *Heinsius,* titideus (-eius $B^1$, -ius $E^1$) *fere Ω* **454** Iamque *Ω*, Tumque *B*, Tuncque $VE^3$ **455** iactis *Ω*, iactisque *van Kooten inutiliter, modo ante* iactis *distinguas cum αβ* **456** rimabant (que *add. MN*) *Ω*, rimantur *C; cf. v. 300* | corpora *Ω*, uiscera *MN* **458** utrique $PW^1MNVB^3$, utrimque *L*, uterque $B^1CEFW^2$ steterant *Ω*, -at $CEW^2$ **459** infesto *Ω*, -sta $B^1MN$ **460** quod *Ω*, qua $B^1$ **461** mouerent *Pαβδ*, -bant $WCEFL^1MNV$, leuarent $BL^2$; *cf. Verg. Aen. 12,899* **463** humi $PWE^1$, humo $BCFLMNVE^3$ **464** delapsa *Ω*, dil- $PBE^1$ **465** Accipit *Ω*, Exc- *ex v. 614 Higt; at cf. Thes. I 311,44* | nigra corpus *Ω*, c. n. *P* | condit *PWV*, texit *BCEFL*, tegit *MN* **466** oenides *βδφ*, ęnides $L^2$, (a)eonides *Ω*, eolides $B^1$, titides $N^1$ animis *CEFL; cf. Verg. Aen. 8,256*, -mo $PWMB^3N^2$, -mos $B^1N^1V$ **468** Sed (Et *BLN*) neque *Ω*, Nec quoque *V* | inspicit armis (aruis $PW^1V$) $PW^1CFVB^3$, insp. ante $E^1LN$, *item sed ss.* armis $M^1$, insp. hostem $B^1E^3$ **469** (h)asta *Ω*, ense *E*

*E* 370 atque ibi sidereae queritur sua vulnera matri.
344 Dardanium Aenean servat Troianus Apollo
513 accenditque animos iterumque ad bella reducit.
— undique consurgunt acies et pulvere caelum
— conditur horrendisque sonat clamoribus aether.
— hic alius rapido deiectus in aequora curru
— proteritur pedibusque simul calcatur equorum
— atque alius volucri traiectus tempora telo
— cornipedis tergo pronus ruit; illius ense
— deiectum longe caput a cervice cucurrit;
— hic iacet exanimis fuso super arma cerebro:
— sanguine manat humus, campi sudore madescunt.
514 emicat interea Veneris pulcherrima proles
densaque Graiorum premit agmina nudaque late
terga metit gladio funestaque proelia miscet.
494 nec cessat spes una Phrygum fortissimus Hector
sternere caede viros atque agmina vertere Graium.
— ut lupus in campis pecudes cum vidit apertis
— (non actor gregis ipse, comes non horrida terret
— turba canum), fremit esuriens et neglegit omnes
— in mediosque greges avidus ruit: haut secus Hector

---

**474—481** = *Gesta Ber. 1,195—202* (476 in aequore cursu) **482** = *Gesta Ber. 1,204 s.* **488—490** canum = *Gesta Ber. 2,163—5*

---

**471** sidereae q. s. v. matri *van Dorp,* sidereo q. s. u. marti $\Omega$ **472** *post* Dardanium *addunt* que $FL^1MNVB^3$, *om.* $PWB^1CEL^2$ **473** animos $\Omega$, -mas $W^1$ | ad bella (a. b. *om.* $L^1$) reducit $\Omega$, ad praelia mittit $F^1$ **474** et $\Omega$, ut $F^1$ **476** Hic $PW^1B^1LE^3$, Hinc $CE^1FMNVW^2B^3$ | (a)equora $\Omega$, -re $BL^2$ *Gesta Ber.* **477** Proteritur $\Omega$, Cont- $E^3$, Prostratus $CF$ | que $\Omega$, *om.* $C^1F^1MN$ (*in M* et *post* simul) **478** Atque $\Omega$, Ast $B^1$ | uolucri $\Omega$ *Gesta Ber.*, rapido $MN$ | tempora *Gesta Ber.*, corpora $\Omega$, pectora $B^1L^2$ **479** Cornupedis *Gesta Ber.*, Quadrupedis $\Omega$ **480** Deiectum $\Omega$, Rei- $P$ | cucurrit $\Omega$, reuulsum $B^1$ *ex v. 452* **481** Hic $\Omega$, Sic $CFL^1V$ | fuso $\Omega$, fixo $CF$ **484** Densaque $\Omega$, Cunctaque $F$ | late $\Omega$, telo $MN^2$ **485** miscet $\Omega$, -ens (*om.* que) $V$ **487** atque $\Omega$, simul $F$ **489** Non $\Omega$, Nec $E^1$ | actor $M^2$, auctor $\Omega$, ductor $E$ | *versum sic solus dat* $B^1$: Non gregis auctor adest nec et orrida r̃nte | *distinxi post* ipse; *solent post* comes **490** fremit *Higt,* premit $\Omega$ | esuriens $\Omega$, exurgens $PW^1$

E invadit Danaos et territat ense cruento.
— deficiunt Graiorum acies, Phryges acrius instant
— attolluntque animos: geminat victoria vires.
ut vidit socios infesto cedere marte
528 rex Danaum, sublimis equo volat agmina circum
hortaturque duces animosque in proelia firmat.
mox ipse in medios audax se proripit hostes
oppositasque acies stricto diverberat ense.
161 ut Libycus cum forte leo procul agmina vidit
laeta boum passim virides errare per herbas,
attollit cervice iubas sitiensque cruoris
in mediam erecto contendit pectore turbam:
533 sic ferus A t r i d e s adversos fertur in hostes
infestaque Phrygum proturbat cuspide turmas.
virtus clara ducis vires accendit Achivum
et spes exacuit languentia militis arma:
funduntur Teucri, Danai laetantur ovantes.
tandem hic Aenean immisso tendere curru
561 conspicit Atrides: stricto concurrere ferro
— comparat et iaculum, quantas furor ipse movebat,
— viribus intorquet, quod detulit error ab illo

---

**500—503** *fere = Gesta Ber. 1, 208—10* (500 cernit, 502 Attollens)

---

**493** Deficiunt *Ω*, Diffugiunt *MN* **494** que *Ω*, *om.* $B^1 E^1 M$ | marte *Ω*, marti $W^2$ *αβδ* **497** que *alterum dedit Ω*, *om.* *BMN* **504** aduersos *Ω*, au- *W* **505** Infestasque (-aque *βδ*) ... turmas *Ω*, -amque ... turmam *MN* | proturbat *ELMNR*, pert- *PWBCFV* **508** l(a)etantur *Ω*, gratantur $W^2$ **509** Tandem hic *Ω* (*R anceps*), Et tandem hic $PW^1$, Et tandem $B^1$ | aenean $Rv^2$, (a)eneã *WBCFLMN*, ęneam *P*, enea *V*, eneamque $Ev^1$ | inmisso $BCE^1FLR$, iñ (= inde) misso *MN*, inmenso *P*, inmĩso *W*, dimisso *V*, admisso $E^2$ | tendere *Ω*, contendere *BCF* | curru *Ω*, cursu *F*, cura $L^1$, *om.* $N^1$ **510** stricto concurrere $PW^1BCFL^1$, strictoque occurrere *EMNRV Helmstad.* $W^2L^2$ **511** Comparat $PW^1ELMNV$, Apparat $BW^2E^3$, Ampat *Helmstad.*, Et parat *CF*, *abscissum in R*, Se parat *αβδφ* | quantas *Hoeufft*, quantum (-tus $L^2$) *Ω*, quantis *Higt* | mouebat $BCFN^1R$, monebat *PWELM Helmstad.* $N^2$, sinebat *V* **512** detulit *Schrader ex Ov. met. 5, 90;* depulit *Ω*

Θ 119 pectus in aurigae stomachoque infigitur alto:
— ille ruens ictu media inter lora rotasque
— voluitur et vitam calido cum sanguine fundit.
— ingemit Aeneas curruque animosus ab alto
E 542 desilit et valido Crethona⟨que⟩ comminus ictu
Orsilochumque ferit, quorum post funera victor
. . . . . . . . . . . . . . . . . . . .
577 Paphlagonum ductor Menelai concidit armis,
580 Antilochique Mydon; post hos Iovis inclita proles
Sarpedon bellum funestaque proelia miscet.
quem contra infelix non aequis dimicat armis
628 Tlepolomus magno satus Hercule, sed neque vires
hunc servare patris nec tot potuere labores,
quin caderet tenuemque daret de corpore vitam.
663 saucius egreditur medio certamine belli
669 Sarpedon, fraudisque subit commentor Vlixes
677 et septem iuvenum pulcherrima corpora fundit.
680 hinc pugnat patriae columen Mavortius Hector,

---

**513** alto (-ter *V*) *Ω*, alte *van Kooten, at cf. Verg. Aen. 9,699* **514** ictu *Ω*, ictus $PW^1$ **515** fundit *Ω*, fudit $E^1MN$ **517** Crethonaque *Higt*, cret(h)eona (-tona $B^1E^1$) *Ω* **518** Orsilochumque *Bondam*, T(h)ersiloc(h)umque (Tors- *B*, Thessi- $E^2$, -crumque *R*) *Ω*, Tersilicumq; *P*, Thersilchumq; $E^1$ | post funera *Ω*, pro funere *BCFV; cf. v. 430* | uictor *Ω*, uictus $B^1$ | *post* **518** *contra codd. lacunam indicavi; Aeneas evitavit Menelaum et Antilochon (E 571ss.)* **519** Falagonum $E^3$, Paflagonem (-nu *B*, Plasfag- *MN*) *Ω* | ductor menelai *Ω*, menelai ductorem *PW* | concidit $BMNL^2$, condidit *Ω* **520** Antilochique Mydon *Bondam,* Antiloc(h)umque milon *Ω* **521** Sarpedon bellum funestaq; pr(a)elia miscet $PWVL^2$, S. bellumq; et funera prelia miscet *CF*, S. in bella subit funestaq; p̃lia (p̃lia *om. E*) miscet $EL^1R$, S. in bella funesta prelia miscet *MN*, S. subiit funestaq. p̃lia miscet *B* **522** *ut supra Ω,* Prelia quem contra non equis uirib. audet *E* **523** Tlepolemus *αβδ*, Striptolomus (Sti- *B*, -lem- $E^1LRW^2$) $PWBE^1LR$, -lopus *CF*, Triptolomus (-emus *V*) *MNV* **524** Hunc *Ω*, Tunc *P* **526** certamine *Ω*, cont- *P* **527** fraudisq; (q; *om.* $M^1$) subit *Ω*, fraudis subiit *E* **528** pulcherrima *Ω*, fortissima *PW* | fundit *Ω* (*$W^1$ erasa*), fudit $EM^1N^1W^2$ **529** Hinc *Ω*, Sic $B^1$ | pugnat (-ant $MN^1$) patri(a)e columen (culmen *L*, lumen $B^1$) *Ω*, patrie pugnat lumen (*s. s.* culmen $E^3$) *E*

E 793 illinc Tydides: sternuntur utrimque virorum
corpora per campos et sanguine prata rigantur;
846 pugnat bellipotens casta cum Pallade Mavors
ingentemque movet clipeum; quem sancta virago
egit et extrema percussum cuspide caedit
867 attonitumque simul caelum petere ipsa coegit;
hic ille aethereo queritur sua vulnera regi
868 saucius et magni genitoris iurgia suffert.
Z 8 interea magnis Acamantem viribus Aiax
37 interimit, vastumque capit Menelaus Adrastum
— et rapit ad classes manibus post terga revinctis,
— ut vivo ducat laetos ex hoste triumphos.
73 incumbunt Danai, cedit Troiana iuventus
tergaque nuda tegit; sensit Mavortius Hector
pro Danais pugnare deos validasque suorum
virginis armigerae subduci numine vires,
continuoque petit muros Hecabenque vocari
240 imperat et divae placari numina suadet.
protinus †armatas innuptae Pallados arces
Iliades subeunt: festis altaria sertis
exornant caeduntque sacras ex more bidentes.

---

**540** manibus — revinctis = *Gesta Ber. 3, 115*

---

**530** Illinc *Ω*, -ic $L^1E^2$, -uc *F* | utrimque *Ω*, -umq; $W^1F^1L^1V$, -iq; *B* **532** casta cum *Ω*, cum casta *PMN* **533** scã *Ω*, sancta *P*, sacra *E* **534** Egit et *Ω*, Fregit et *αβδ*, Aegide et *Wernsdorf* | percussum *Ω*, -it *CF*, -us *V* | c(a)edit *Ω*, cedens *C*, cedis $L^1R$ **535** c(a)elum petere (app- *MN*; petit *L*) *Ω*, petere inferna $PW^1$ **536** Hic *Ω*, Hinc *V*, Sic $B^1R$ **539** adrastum *Ω (om. $N^1$)*, arastrum $PB^1N^2$, arastum $F^1$, adrastrum $CB^3F^3$ **541** Vt uiuo ducat *Higt*, Vt uiuo (uicto $W^2$) ducant $W^2$ *Helmstad. et Pommersfeld.*, Vt uiuo // ducant $E^1$, Vt ui deducat $PW^1N$, Vt ui deducant (did- *R*) $LRVE^3$, Vt deinde (inde *B*) ducant $B^1M$, Vt ducant auidi *CF*, Exinde ut ducat *αβδ* | l(a)etos *Ω*, lectos *R* **542** c(a)edit *Ω*, cecidit *P* **544** Pro *Ω*, Cum $F^1$ **545** *om. R* **548** armatas *Ω*, ornatas *L. Müller*, aerias *Hosius* **549** festis *Ω*, festisq; $MNW^2$ **550** *s. ut supra PWBEMN Helmstad., Mon. 5594, Vind.* $C^2L^2$, *sed* ex more *soli* $PWL^2$, de more *Helmstad.*, ad templa $BC^2E^1MN$; *v. 551 om.* $E^1$, *add. in marg.*; (h)ec(c)uba (het- *W*) *hi omnes*, -bę $L^2$; *pro duobus versibus hunc unum* Ex-

Z 286 dumque preces Hecabe supplex ad templa Minervae
pro caris genetrix natis et coniuge fundit,
